



RESERVADO  
214  
B. N. L.





214

*Pavane (Lupinus)*

*V. Brant.*

*Handwritten text in red ink, possibly a signature or name, located in the upper right corner.*







2000

Comptroller of the Court  
Jan 29/1/956.

W. H. H.







# HORTUS FLORIDUS

In quo rariorum & minus vulgarium  
florum Icones ad vivam veramq[ue] formam  
*accuratissime delineatae.*


*Et secundum quatuor anni tempora divise  
exhibentur*

*Incredibili labore ac diligentia*

*Crisp. Passeri junioris*

*Delineata ac suum in ordinem redacta A. 1614.*

*Extant Arnheim. Apud Johannem Ianssonium Bibliopolam ibid.*



*Res. 24. 389.*

ms. 780650



Meridies

Orient

Occidens

Septentrio

HEPATICA FLO-  
RE NIVEO.

I.  
HEPATICA TRIFOL.  
CÆRVLEO, PLENO FLORE.



Um Hepatica trifolia in genere à nobis alibi descripta sit, hic duas eius præterea species exhibemus, haud vulgares: vnam pleno flore cyaneo luxuriantem, quæ & Hepatica trifolia cærulea polyanthos dicitur, cuius flos à communidiffert multitudine foliorum, colorisque est cærulei saturatoris; ac Clusio teste, in Hungariæ quibusdam locis frequens provenit; In hâc autem nostrâ provinciâ difficilius alitur. Alterius verò flos, formâ quidem cum vulgari convenit, sed coloris est omnino nivei, ac transparentis; cuius tamen umbra aliquid purpurei rubedinis videtur continere, filisque in medio ornatur coccineis, è quibus candentes apices veluti vniones dependentes, gratum admodum præbent adspectum.

1  
Lat. *Hepatica trifolia caerulea polyanthos.*  
Germ. *Dubbelen blawen Hepatica.*

L. *Hepatica trifolia flore nivea.*  
Ge. *Eddel Levercruyt met witte bloemen.*



II.  
CROCUS VERNVS, CROCUS NEAPOLITA-  
FLORE PURPUREO MINORE. NVS, FLORE PURPUREO MAIORE.



Roci flos poëtarum quoque fabulis non ignotus; in quem juvenis perdi-  
to Smilacis virginis amore incēsus, Ovidio teste, conversus, legitur, hoc  
versu: li: 4. Metani:  
*Et Crocum in paruos versum cum Smilace flores.*  
Plura eius species: hic verò vernū Crocum latifoliū, purpureū, quantitate  
inter se plurimū differentem, expressimus. Prior ferè cū Croco silvestri  
violaceo Lobellij convenit: huius flos ex suo involucro, reliquorum modo è brevi caule  
prodit, sex folijs violacei ad purpureū tendētis, coloris; quātumvis cauliculi supremitas  
vna cum floris initio ad maiorem nigredinē accedat. Posterior autem à loco originis Ne-  
apolitanus dictus, florem profert maiorem, & gratiore magis ad spectu illustrem; simili-  
ter sex folijs constantem, quorum tres interiores, brevioresque, ab exterioribus blando  
veluti amplexu compræhenduntur. In medio stylus aureus exit candidis filis in luteos  
nodulos desinentibus circumdatus, non ingratum à se spargens odorem.

L. *Crocus Neapolitanus* flo: purp: major.  
 Ge. Saffraen vanden Lente met gro: purp: bloe:

L. *Crocus Vernus purpureus minor.*  
 Ge. Saffraen vanden Lente met kley: purp: bloe:



PSEVDONARCIS- PSEVDONARCIS: PLE-  
SVS PLENO FLORE, LVTEVS. NO FLORE, TRIPLICI TVBO PRÆDITO.

**P**seudonarcissus multiplex, ceu pleno flore luteus, folia porro aut Narcisso vero non multum dissimilia promit; sed ob multitudinem foliorum, in floris medio nullum habet, ceterorum more extantem calicem. Color eius circa margines saturatior est, & radix quoque bulbosa. Alter verò Narcissus hîc expressus ex falsorum genere, simili modo radicem & folia gerit, floremque fert triplici tubo, aurei coloris, & per oras fimbriato visendū, in cuius medio singularis stylus eminent brevior, nec ad tubi extremitatem pertingens: Floret Aprili mēse, & rarò post illud tempus reperitur.



L. *Pseudonarcissus calice ple: multipl:*  
*colore luteo* Dod:  
Gr. *Dubbeldt gele Tytloosen.*

3

L. *Narcissus duplici tuba flo: lut: Clus:*  
Gr. *Narc: met die*  
*dubbel trompet.*



III

NARCISSVS OMNI-  
VM MAXIMVS.      NARCISSVS MAXI-  
MVS DVPLICAT. FOLIIS.



Arum hoc Narcissi genus, quod in horto suo alit, omnium elegantiarum patronus, Christianus Porretus Pharmacop: Lugdunensis in Batavis; & cui alius in genere suo compar, aut æqualis magnitudine non reperitur, vnde & Gallicum nomen invenit: Folia a. habet sesquipedem alta, incana, satis lata, & ferè carinata. Caulis bipedalis vnicum florem profert, magnum, folijs sex pallidis, aut dilutè flavis, constantem, latis sed mucronatis, cingentibus medium luteum tubum vnciâ longiorem, inferiori parte angustiolem, superiore magis patentem, oris crispatus: intermedius stylus croceus, brevis, & sex quasi luteâ farinâ conspersis apicibus veriùs quàm staminibus, circumdatus. Odor floris non ingratus, sed obscurus.

Alter Narcissus Maximus non valde dissimilis est priori, nisi quod duplicatis folijs, & tubo magis patente ac sinuoso maiore elegantiâ se spectandum exhibeat.

L. *Narcissus maxi: dupl: folijs.*  
G. *Grooten dubb:*  
*Narciss.*

L. *Narcissus omnium maximus.*  
G. *Narcissus nom pareille.*

4



v.

MVSCARI FLORE MVSCARI OBSOLETO  
LVTEO, ODORATO. ALBO COLORE DOD.

**M**Vscari genus est Hyacinthi spurij, folia gignens, longa, aliquantulum carinata: caules longos, subinde dodrante altiores, parū firmos: floresque promittit à medio sursum versus vndiquaque circa caulem multos, paruos, & cavos, gratissimi odoris, & muscum (vnde & apud Græcos nomen hæc planta invenit) quodammodo referentis: Radicem habet, vti alij Hyacinthi, bulbosam, subruffam, crassioribus fibris, (quæ etiam per hyemem durant) terræ profundius firmissimè: inhærentem. Hic duæ eius exprimuntur species, quarum prior florem fert dilutiùs flavescentem: posterioris verò flos est subalbidus, & obsoleti coloris. In reliquis exiguâ differentiâ, propè convenire videntur.

L. Muscari flore luteo.  
 I. Muscio greco.  
 Ge. Welriekende discadi.

L. Muscari obsoleto, colore Albo. i. dod.  
 Ge. Weiße Muscari.



HYACINTHVS STEL. HYACINTHVS STEL.  
 AQUITAN: FLORE CERULEO. HISPAN: COLORE NIVEO.

**H**Yacinthus hic stellatus, lilij folio in Aquitaniæ montibus frequēs est, à pastoribus Sarahaig dictus, pecudibus noxius, est sæpe lethalis. Folia habet lata, liliorum candidorum folijs similia; inter quæ prodit caulis pedalis, satis firmus, plures sustinens ex intervallis flores, stellæ in modū expansis sex folijs peditos, violacei ceu cærulei saturatioris coloris, In quorum medio extuberat clypeolus rotundus suis circū ornatus filis: unde prodit semen in siliquis triangularibus, nigrum & crassiusculum, non splendens. Bulbus à Lilij quoque radice non multum abest, sed interdum cortice tegitur nucleis inter se compactis distincto.

Hyacinthus Stellatus Lilij folio Hispanicus qui sequitur, per omnia ferè similis priorii, nisi quod folia videantur longiora, & flos planè niveum referat colorem.

L. *Hyacinthus stellatus Aquitanicus caeruleo flore.*  
Ge. *Hyacinth van Guienne met*  
*blawe bloemen.*

6.

L. *Hyacinthus stell: hisp: flo: albo.*  
Ge. *Spansche Hyacinth met*  
*Witte bloemen.*



PRIMULA VERIS BRI-  
TANNICA PLENO FLORE.

PRIMULA VERIS  
GEMINATO FLORE.

**P**rimula veris hortensis Anglica maxima, flore pleno, hic expressa, folia habet ovali rotunditate, marginibus non-nihil crenatis, varijs venulis rugosa, ad Betonicam accedentia sed maiora, & dilutioris coloris, é quibus caulis oritur medius, tenuis, palmi altitudine, in cuius vertice octo, decé, plures etiam spectantur flores lutei, foliorum multitudine insignes, summis labris denticulati, eadem quâ hic expressi formâ. Radix fibris plurimis hinc inde se spargit, & terræ firmat. Plurimum a priore differt primula veris gemino flore, quorum alter alteri est innatus, flavi similiter coloris; singuli autem admodû communi Primulæ veris floribus similes sunt: & in Belgij hortis ab amatoribus Naturæ miraculorum, nuper coli summâ curâ, cœpti, mirabili sua formâ haud parum spectantium delectantes oculos. Plantæ folia minus sunt crenata, & pediculi, vnde flores dependent, tenuiores paullo & oblongiores videntur.



L. *Primula veris* Anglica pleno flore.  
I. Fior de primavera.  
G. Brayas de Cocu doubl.  
Ge. Dubb Schluetelbloemt.

7

L. *Primula veris* flore gemino.



AVRICVLA VRSI AVRICVLA VRSI MA-  
 FLORE LVTEO. DOD. IOR PURPUREO FLORE.



Vricula vrsi Solidaginis species esse videtur, nec forma multum abest à primulâ Veris, folia ferè habens similia, sed æqualia, nullis venis aut nervis rugosa, crassiuscula, & veluti farinâ conspersa, magis que ad margines crenata, inter quæ caulis prodit rotundus & tenuis, è cuius summitate plures cum suis pediculis prodeunt flosculi, flavi coloris, sed diluti, & ad sulphureum interdum tédentis quinque vel sex incisuris distincti foliorû loco; in medio habentes candidum circulum, filis quibusdam, & interdum etiam stylo exiguo, ornatum. Odor plerisque est suavis & melleus. Flores à sequitur semen inæquale & nigrum suis in folliculis inclusum.

Altera species hîc expressâ, folijs est bremoribus, latioribus, & ferè rotundis, nisi quod circa radicem in longum desinant, & minus sint crassi: caulis quoque brevior flores profert, non tot quidem innumero, sed maiores, colore saturo purpureo & quodammodo morum maturû referente, qui tamè paullatim violaceum pulchrè exprimit; circa medium dilutiùs purpurascete, & magis ad candorem accedente: odore quoque vincuntur a prioribus.

L. Auricola vrsi flo: lut:  
Ge. Beeren cor.

8.

L. Auricola vrsi flore violacco.  
Ge. Beeren ohr violbraun.



CHAMÆIRIS FLORE  
CÆRVLEO VIOLACEO.

CHAMÆIRIS PUR-  
PUREO SATVRATO FLORE.



Hamæiris anobis hîc descripta, brevibus latisque folijs prædita est; floremque è caule brevi & nodoso profert folijs omnibus supereminentem, amplum, colore inter cæruleum & violaceum mediò, lineisque obscurioribus egregio sanè Naturæ spectaculo distinctum. Nascitur in hortis, sed rarò nisi plantata. Radices eius sunt geniculatæ, solidæ, supra terram sæpè eminentes, odoratæ, cùm tamé flores nullo odore commendètur.

Adiūgitur & altera species Chamæiridis, flore coloris purpurei saturatoris, villosum holosericum purpureum quodammodo referentis, & in expansis tribus maximè folijs enitentis; in quorum foliorum medio, ab inferiore parte assurgit fimbria, ex multis tenuibus, brevibus, luteolis veluti pilis concreta, humani ferè supercilij similitudine: cæterùm formâ alijs Iridibus non valde dissimilis est.

L. Chamæiris colore caeruleo violaceo.  
Ge. Leech Lijfch met blauw  
violette bloemen.

9.

L. Chamæiris colo: purp: satur:  
Ge. Leech Lijfch.  
I. Irile.  
G. Iris basse.



z.

HYACINTHVS ORIEN-      HYACINT: LATI-  
TALIS LATIFOL: CÆRVLEO VEL      FOL: BICAVLIS PALLI-  
PVRPVRASCENTE FLORE PRÆDITVS.      DO PVRPVREO FLORE.

**H**Yacinthus Orientalis, sic dictus, quod ex Oriente in Italiam primū al-  
latus sit, hīc exprimitur, multis ornatus floribus; quorum color vt pluri-  
mūm cæruleus, interdum ad purpureū tendens, nonnunquam etiam pla-  
nè niveus est: licet eodem semine prognati sint. Hic Hyacinthus folia ha-  
bet vulgaribus pinguiora & latiora, caules crassiores, flores patentiores  
maioresque.

Orientalis alter maior flores è caule exhibet vtrimque in circuitu prodeuntes, rarò  
plures decem numero, colore ex purpurâ pallecente, gemino quoque caule præter morē  
reliquorum non sine voluptate spectantium sæpissimè luxuriat.



*L. Hyacinthus orientalis caeruleus*  
*L. Iacinto orientale.*  
*Ge. Oriental Hyacinth.*



*L. Hyacinthus orientalis pall-purp.*  
*G. Iacinte orientale.*



XI.

HYACINT· ORI· HYACINTH· ORIENTAL·  
ENT· CAULE FOLIOSO. SVBVIRESCENTE FLORE GEMIN·



Vm omnes ferè Hyacinthi caulem proferant nudum; prodijt tamen non ante multos annos Hyacinthus hîc expressus, quem Mathæo Caccino Florent: se debere tradit elegantissimus Clusius. Porrò habet iste bulbosam radicem, alijs Hyacinthis Asiaticis parem, exquâ quina vel sena prodeunt folia, viridia, carinata, inter quæ exit caulis nodosus, dodrantalis, cinctus aliquot folijs arctè simul junctis; flores deinde caule incrementũ capiente, explicantur, & nullâ serie servatâ, illum ambire depræhenduntur; cæterum feriùs & Maio interdum mense prodeunt, jucundâ fæcunditate felices. Eidem Caccino acceptam fert notitiam peregrini huius qui sequitur ac rari Hyacinthi Constantinop: similiter ante paucos primùm annos conspecti, cuius flos initio cum prodit viridis est, deinde subcæruleum colorem contrahit, dum explicari incipit, apertus verò albus est ex viridi; retinentq: omnia eius folia exteriorem illum neruum medium foliũ occupantem, viridem. Petiolus florem sustinens paullo longior est quàm in reliquis Hyacinthis. Quòd a. flori venustatem addit, est alter flosculus tribus folijs constans, è medio flore prorumpens, qui colorem perinde mutat vt primarius flos; medium florem occupant pauca stamina, nigris apicibus prædita.



L. Hyacinthus orientalis caulis foli:  
G. Orientalischen  
Hyacinth.

.11.

L. Hyacinth' orientalis ple: flo:  
G. Jacinthe orient:  
double.



XII.  
CORONA IMPERIALIS DVPLICI  
CLASSE FLORVM.



Orona Imperialis, peregrina nobis planta, primùm à Clusio Constanti-  
nopoli missa, sed origine Persica, quare & ab eodem lilium Persicū dicta,  
ex genere silvestrium liliorum; folia habet æqualia oblonga, stellari for-  
mâ, caulē instar aliorum liliorum silvestrium, ambiētia; similemque ijs  
habet caulē, nisi quod in eius summitate plurium foliorum silvulâ or-  
natur, vnde è tenuibus pediculis dependēt flores, sex foliorum, formâ li-  
lium exprimentes, sed minores, & magis clausi, nullisque flexuris crispatis; coloris vt plu-  
rimùm flavescentis, licet interdum ad rubedinem quoque accedāt: In horum medio ex-  
tant sex staminuli, quæ ambiunt stylum candicantem. Et loco radicis bulbū habet ro-  
tundum, planum, nec modo cæterorum liliorum nucleis inter se compactis inæqualem,  
odori ingrati. Pluribus quandoque florum ordinibus luxuriare solet: Et quæ hîc expri-  
mitur duplici florum classe conspicua est.



*Corona Imperialis*  
classis duplex florum.

XIII.  
ANEMONE TENVIFOL.

FLORE VIO- FLORESIM- FLORESANGVI-  
LACEO SIMP. PL. COCCINEO. NEO PRINCEPS DICTA.



Nemone .i. venti flos, sic merito suo vocata, quòd nunquam se aperiat nisi vento spirante, mirà pulchritudine ac varietate colorū amabilis, supra modum delectare oculos ad se spectantiū trahere, & quasi detinere, solet. Hoc verò loco tres Anemones tenuis species exprimuntur, colorum in floribus diversitate, paucissimā in cæteris differentiā, distincta. Plantæ folia sunt scissa, Ranunculi silvestris vel coriandri folijs proxima; radix cum recentior olivæ iacentis similitudinem præbet, sed annosior ex multis olivis supinis congesta videtur, atque nodosa plurimùm apparet: Flores ex tenuibus ac lanuginosis cauliculis prodeunt, sex plerumq; foliorum, gratissimi aspectus; in quorum medio capita ferè purpurea (quam vis ea non semper vnus sint coloris) suis circumdata staminibus, & apicibus conspiciuntur. Prima species, florem violaceo sive purpureo monstrat colore; Altera Phœniceo; Tertix a. speciei flos sanguineum villosum sericeum pannum quàm proximè refert, & ob pulchritudinis excellentiam, Anemone princeps audit.

L. *Anemone coccinea*.



I. G. *Anemone princeps sanguis*.



L. *Anemone tenuifolia violacea*.  
Ir. Cocles.  
G. Coquelourdes.  
Ge. Kuchenschel.



XIIII.  
ANEMONE TENVIFOL.

FLORE PLENO SVAVERV-      BYZANTINA FLO-  
BENTI CACCINI ALTERA.      RE POLYPHILLO.

**R**ior hæc species Anemones pleno flore non multùm à sequenti Byzanti-  
nâ differt: Color floris est in exterioribus folijs is, qui Rosæ Alabandicæ  
evanescenti esse solet, fundus tamen ex multis minoribus foliolis constas  
magis rubre videtur. Posterior Byzantina (alè Turcis dicta) folia habet  
Bulbocastani; flos a. decem pluribus, amplioribus ac lanuginosis in circuitu  
folijs, exterius suaverubentibus, at interius saturatiore colore splendentibus, conspicuus;  
cuius medium plura ac pænè infinita tenuia foliola, sanguinei coloris vel etiam dilutè  
purpurascens, implent. Radix nodosa & oblongior, colore exterius non nigro, sed fus-  
co. Hęc planta aliquoties in Autumno iterum flores producere visa, sed minus elegantes;  
quorum media foliola melinùm ac subuiridem, ob caloris (vt puto) defectum, colorè.  
tanquam cruda & immatura, retinent.

14.

*L. Anemone tenuifol: plen: flor: coccinea.*

*L. Anemone ten: fol: plen: flor: pallido rubro.*



## ANEMONE TENVIFOL.

VERDVNIA, FLO- HISPAN: FLO- SIMPLEX, FLO-  
RE SIMPLICI VIOLACEO. RE CARNEI COLOR. RE ORENGIACO.

**I**N latifoliarum Anemonum floribus tanta conspicitur colorum varietas, ut verbis exprimere sit valde difficile; variante etiam mirum in modum foliorum quibus constant, numero. Plantæ folia sunt latiora ac paucioribus scissuris divisa; radix quoque tuberosa, & suis fibris cincta. Tres hinc species exprimuntur; prima, Verdunia vulgò à quodam cultore suo in Batavis sic dicta, florem habet septem foliorum, quorum color in violaceum ceu Ianthinum ex argenteo fundo desinit; capitulum lanuginosum nigrescit, ac filis circumdatur candidis subcæruleis apicibus. Secunda, Hispanica, cuius flos carnei (qui vulgò incarnatus dicitur) coloris duodecim vel tredecim foliis, capitulum & stamina in orbem ambientibus, constat: Tertia, florem habet octo foliorum, pulchrè rubèti flavoque colore (quem Belgæ Orengium vocunt) splendidum, cuius capitulum staminula cingunt, cæruleis apicibus ornata.



*L. Anemone latifolia flo. simpl. orangea.*



*L. Anemone latifolia  
Verdunia.*



*L. Anemone latifolia hispanica  
Carneo colore.*



XVI.  
ANEMONE TENVIFOL.

PAVO FLORE SIM- PAVO MAIOR MVL-  
PLICI. TIPLEX.



Nemone hortensis latifolia, Pavo secūda dicta, florem gignit simplicem, latioribus folijs in acutum desinentibus septem octo vel pluribus Coccinei coloris præditum. Altera verò Anemones species, profert florem, vicenis vet tricenis interdum pollicari longitudine, folijs, cuius color Phæniceus saturator, fundo sanguineo in circulum flavescentem circa umbilicum (qui lanuginosus, nigricans, staminibus sanguineis in apices cæruleos exeuntibus, cingitur) desinente Radices harum Anemonum sunt crassiusculæ, nodosæ, firmæ, fusco exteriùs, albo intùs colore, & multis tenuibus fibris circumdatæ.

*L. Anemone pavo flora simplici.*

16.

*L. Anemone pavo Major.*



XVII.  
ANEMONE LATIFOL.

CHALCEDON: MAX:  
POLYANTHOS.

CHALCEDO-  
NICACA CVMENI-



Hæc Chalcedonica maxima folia habet ceteris Anemonibus maiora, duriora, & pluribus nervis prædita; florem etiam latum & extensum, multorum foliorum, quorum decem vel duodecim exteriora viridia sunt, venis coccineis intermeantibus, distincta; interiora verò minora & tenuiora, lanthino dilutiore & suave-rubente colore splendentia, quæ circa medium; eundem colorem retinent, reflexa tamen & quodammodo crispata videntur.

Anemone Chalcedonica ex Cacumenis altera, cuius in literis suis meminit nobilis vir Mathæus Caccinus Florentinus, Clusio nominata quidem, sed nondum plenè cognita, saltem necdum descripta; hîc verò expressa, florem fert triplici foliorum ordine eximium, colore non vno, sed flammeo, sanguineo, ac niveo, delectabili admodum mixturæ varietate, fundo item exalbido ornatum, cui pro staminibus angusta quædam sunt foliola crecta mellini coloris medium occupantia.



L. *Anemone latifolia Chalcidonica*  
*maxima polyanthos.*



L. *Anemone chalcidonica*  
*cacumini.*



XVIII.  
ANEMONE TENVIFOL.

FLOS ADONDIS; ERAN- BVPHTHALMVM  
THEMVM DOD. DOD.

**H**Erba, quam Eranthemum nuncupat Dodonæus; & Mathiolus non rectè Adonidis florem, cum iste flos poetarum fabulis notissimus, Anemones species videatur; cauliculos profert à radice plures, in alas subinde divisos, striatos, virètes; folia tenuia, Chamæmeli similia: flores non magnos, formâ Ranunculi florum, pulcros, minij colore rubentes; quos capitulum sequitur oblongum, ex multis collectum seminibus rotundis, acuminatis, colore in viridi subingricantibus: Radices fibrosas.

Stirpi cui Buphthalmo nomen datum, cauliculi è radicibus exeunt tenues, tres quatuor aut plures, pedales vel altiores; circa quos folia virentia, tenuiter dissecta, similitudine foliorum foeniculi, sed multo quàm illius minora; flores in summo cauliculorū magni, calendulæ satis similes, colore flavo, staminibus in medio luteis, post quos capitulū succedit, veluti supra descripti Eranthemij, ex multis seminibus simul congestis commissum: radices tenues sunt & fibrosæ, Veratri nigri radicibus similes.

L. *Buphtalmum*.  
 I. *Occhio de bue*.  
 G. *Oeil de boeuf*.  
 Ge. *Genßblum*.



L. *Eranthemum* Dod.:  
 flore sanguineo.  
 G. *Fleur du vent*.  
 Ge. *Brunettekens*.

FLORE ALBO MEDIO FLORE ALBO ME-  
 PURPUREO, DOD. DIO LVTEO, LOB.



Arcissus hic medio purpureus (cuius Dioscorides quoque meminisse videtur) folia habet virentia, oblonga, porri folijs similia: caulem nudum angulosum, pede altiore, & in summo florem è membranâ erumpentem, ut plurimum vnicum, subinde etiam geminum, mediocriter amplum, odoratum, ex sex candidis folijs congestum, in quorû medio brevis calix est circinatae rotunditatis, purpurei per oras coloris, unde purpureus Narcissus tam à Plinio quam Virgilio dicitur intra quem stamina brevia cum apicibus subluteolis: capitula inde angulosa: semen in his nigrum, Radix bulbosa cepae similis, quæ nucleos à se emittens in multos facile bulbos multiplicatur.

ALTER Narcissus à Lobellio descriptus medio luteus, folia habet ampliora & altiora; caules etiam proceriores & crassiores, non totûdos, sed quodammodo planos, in quibus singulis flores tres aut quatuor prioribus formâ similes, nisi quod hic ex vno atque eodem caule flos tertius geminatis folijs amplior, tubus autem luteus oris croceis crispatis, appareat. Sed non omittendus hic videtur elegantissimi Ovidij versus quo admodum venustè hunc Narcissi florem depinxisse videtur in Metamorph: libris.

*Croceum pro corpore florem  
 Inveniunt, folijs medium cingentibus albis.*



L. *Narcissus medio purpureus*.  
I. Narcisso.  
G. Narcisse.  
Ge. Narciß.



L. *Narcissus medio  
luteus*.  
Ge. Narciß in  
midden geel.

xx.  
NARCISSVS LATIFOL:  
FLORE MEDIO LVTEO OBLON-  
GIORE CALICE.

**N**arcissus hic priori loco expressus in Aprili prodire solet, habetque folia erecta & non-nihil carinata; florem ferè vnicū oblongū ex caule suo satis alto dependentem; cuius folia sex candida, longa, mucronata, in orbem circūdant tubum oblongum flavi coloris, marginibus non-nihil crispatis, in medio stylum habentem plalidulum sex staminibus (quorum apices luteā quodammodo farinā conspersi videntur) cinctum. Odor eius non est ingratus.

Alter Narcissus parum à priore differt, folia tamen habet ampliora, carinata saturè virentia & hyacinthinis folijs non absimilia; flores etiam fert plerūque binos coniunctim ex vno membranaceo folliculo prodeuntes. Sic nempe ludit in eiusdem generis floribus jucundā varietate Natura, quæ sæpè humanā industriā adiuta, etiam notos flores insolitā veste veluti personatos prodire iubet.

L. *Narcissus oblongo calice.*

20.

L. *Narcissus medius luteo  
amplo cal: clusij.*



## NARCISSVS TENVIFOL.

PER TOTVM FLOREM FLORE ALBO  
CANDIDVS. PLENIORE.



Arcissus per totum florem medio quoque candidus, hic describitur; cuius folia oblonga & minus virentia, caulis verò quatuor pluresve flores profert, haud ita, vt reliqui Narcissi flores, magnos, omnino niveos, exiguo ac brevi etiam calice eiusdem coloris. Invenitur in Hispaniâ passim.

Narcissus qui sequitur nusquam nisi in hortis reperitur, seriusque Maio nempe mense, prodire solet, folia habens procera & caulem ipsis folijs brevior, qui florem profert satis magnum, sex latis & carinatis folijs albis stellari formâ extantibus, cuius medium loco calicis alia sex minora folia itidem candida nonnihil flavescens coloris hinc inde sparsim monstrantia, occupant; umbilicum nihilominus stamina quedam ornant.

L. *Narcissus totus albidus.*

21

L. *Narcissus flore multiplici.*



XXII.  
NARCISSVS LATIFOL.

FLORE PALLIDO, ET MAIOR MEDIO-  
AMPLO CALICE FLAVO. LVTEVS.



Radice bulbosâ oblongiusculâ multisque fibris præditâ, hic Narcissus ter-  
na aut quaterna promit folia, latiuscula, sesquipedem longa, inter quæ nu-  
dus prodit caulis, pedalis longitudinis, summo fastigio sustinens vnũ flo-  
rem, è membranaceo folliculo emergentem, sex folijs pallidis sive dilutè  
admodum flavis, constantem; ex cuius vmbilico calix sive tubus amplior,  
oris simbratis, coloris aurei; in quo sex breuiuscula stamina, flavis apici-  
bus prædita, & medius stylus staminibus breuior.

Narcissus alter maior in Italiâ frequentior est, & caulem habet cæteris Narcissis longi-  
orem multò, adeò vt ad tres interdum pedes assurgat; vnde flores suis ex pediculis depen-  
dent plures mellini aut sulphurei, non tamen omnino surdi aut tristioris coloris; habentes in medio tubum aureum, odoris non insuavis.

*L. Narcissus maximus griseus calice flavo.* 22



*L. Narcissus maior  
medio luteo Italicus.*

XXIII.  
NARCISSVS IUNCIFOL.

FLORE AMPLICA-  
LICIS LVT.

FLORE ALBO  
REFLEXO.



Vic priori Narcisso folia sunt cæteris angusti: folijs Narcissis similia, & paululum à juncis diversa; inter quæ medius exit caulis gracilis sed firmus, pedali lōgitudine, in cuius summo è membranâ tenui tres vel plures prodeunt flores, elegâtes, odorati, & vulgaribus Iuncifolijis maiores, sex constantes foliolis flavis, in quorum medio calix crocei coloris justo amplior, oris vt videtur plicatis, è quo sex brevia subflava staminula aureis apicibus ornata, eiusdem coloris stylum in nodulum crassiolem desinentem, cingentia emergunt.


Alteri Narcisso ex Iuncifoliorum quoque genere existenti, duo tres vel plures ex membranaceo involucro nascuntur flores deorsum pendentes, nivei, oblongi, sex folijs Cyclamini instar reflexis, extante tubo pollicis longitudine, oris inæqualibus, in quo tria candida staminula subflavis apicibus ornata medium stylum eminentiorem circumstât; quem sequuntur trigona capitula, semine rotundo, nigro, splendenti que gravida. In Pyrenæis montibus frequens invenitur.



L. *Narcissus Juncifolius* amplo cal. luteo.


23

L. *Narcissus Juncifolius* albo flore reflexo.



## NARCISSVS IUNCIFOL.

PLENO FLO- FLORE CALICIS  
RE. MAXIMI.

 Radice bulbosâ, rarissima hæc plâta profert quaterna aut quina folia sur-  
recta, lævia, angusta, viridiaque; inter quæ assurgit, caulis rectus, enodis, vi-  
ridis, satisque firmus, summo fastigio sustinens membranaceum quoddam  
involucrum, vt reliqui Narcissi, è quo plures interdum flores, oblongius-  
culo gracilique pediculo inherentes, & multiplici foliorum texturâ con-  
stantes, exiliunt, quorum florum color prorsus aureus, & forma omnino  
diversa à vulgari florum formâ, vt qui longiore illo tubo carent, & statim ab extremo pe-  
diculo confertim oriuntur, vt quoque in Anemones latifoliæ pleno flore, elegâti sanè spec-  
taculo, videre licet. Nullum a. semen ferre creditur, quod nodo illo careat, qui sub flore  
in vulgari conspicitur, sed adnatis eius propagationem fieri, putat Clusius, vnde & ma-  
ior raritas, & magno admodum si qui eam plantam possident meritò æstimant.

Alter Narcissus ex genere quoque Iuncifoliorum maior, flores producit ex vno invo-  
lucro satis amplos, flavi coloris, tubo maximo luteo, circa oras crenatas patientiore; præ-  
ditos; in reliquis cum alijs Narcissis angustifolijs convenire videtur.

*L. Narcissus lanceifolius flore pleno.*

24.

*L. Narcissus maximo cal. flo: lut.*



xxv.  
LILIVM PERSICVM.



Lilium hoc Persicum vel Susianum inter exoticas & peregrinas omnio plantas referendum, nec valdè frequens est, sed tātum in cultioribus hortis invenitur; à Dodonæo Pseudohyacinthorium numero habitum, folia profert oblonga, subviridia, minus cæterorum liliorum folijs lata, inferiorem caulis partē occupātia, qui quidem caulis rectus rotundus ad tres quatuor pluresūe pedes in altitudinem assurgit, cuius fastigiū magno florum ex pediculis nunc longioribus nunc brevioribus pendantium numero vestitur ac ornatur. Flores a. ex quinque aut sex foliolis constantes, nolæ pendentis formam referunt, & violæ nigræ colorem proximè exprimunt, ad purpureum tamen interdum magis accedentes: nec simul sed paulatim, & suo quodam ordine, ab inferiore nempe parte incipiendo se pandunt, odore prorsus carentes. Radix, bulbo constat magno, partim rotūdo, partim plano, fibris subflavis in sessili parte terræ inhærente.



Lilium Perisicum.

XXVI.  
TULIPA LATIFOL. PRÆCOX.

PURPUREO ALBO FLORE EX PURPV-  
FLORE. FLORE. RA RUBENTI, ORIS ALBIS.



X Bulbosum florum numero & Tulipa est, flos peregrinus; cuius differētes sunt species maximâ colorum varietate luxuriantes. Maioribus ferè eadem omnibus forma est; folia eis bina aut terna, crassa, oblonga, lata, per oras subinde modicè reflexa, quæ cum primùm erumpunt, modicè rubere vidētur, adulta verò albicant: caulis inter ea exit pedalis, aut paulo altior; cui vnicus flos insidet sursum spectans, è senis foliolis, parenti profundiori & aliquātulum angustioris oris cyatho, aut inverso huius formæ pileo quodammodo similis; qui ferè inodorus est. Semen cartilagosum, planum, in capitulis nascitur, quæ maturato semine in tres dehiscunt partes. Radix bulbosa est, à Narcissi bulbis parum distans. Hic tres flores coloribus differentes, exprimuntur; quorum primus, purpureo violæ colore, non tamen æquali, sed multâ varietate differente, vestitur; secundus frigioris omnium impatientissimus, albus est, roseis licet interdum aut purpureis lineis aut venis intercurrentibus ornetur: tertius, phæniceo ferè est colore, ad purpureum nonnihil tendēte, vnguibus ac oris albentibus spectabilis, qualem nuper in cultissimo Wolfwinckelij horto summâ delectatione vidimus.

218  
*L. Tulipa pnceox flore purpureo.*

26.

217  
*L. Tulipa pnceox wolswinckel flor: purp:  
et margi albo.*

*L. Tulipa pnceox flore albo.*



## PERSICA

PRÆCOX.

## CRETENSIS

LILYFOL.



Um præcoribus Tulipis florem dedit planta Tulipæ Persicæ, cl: Clusio ab illustri Caccino missa; quæ pedalis longitudinis caulem anno 1607. protulit, satis gracilem, quatuor prædictum folijs, non valde latis, imò Narbonensis Tulipæ foliorum latitudinem haud superantibus, non adeò tamen virentibus, sed ad præcoxum Tuliparum colorem magis accedentibus, ac carinatis: qui caulis supremâ parte florem sustinebat delicatulum, Hispanicæ Tulipæ flore paullo maiorem, sex folijs binas vncias longis constantem, quorum tria longiuscula & mucronata, foris quidem suave-rubentis coloris, oris tamen albis, internè verò prorsus albis: tria a. interiora folia, quæ aliquantulum breviorâ, mucronem habebant non-nihil orbiculatum, niveique planè erant candoris: omnium nihilominus vngues purpureâ maculâ insigniti: stamina nigra, apices etiam nigri; Bulbi cortex foris nigricans & fuscus, interiore parte molli lanugine ferruginei quodammodo coloris, oblitus. Huius nostri floris folia pleraque omnia mucronata sunt, & parum formâ inter se differre videntur.

Altera, ex Cretâ ut creditur, primùm allata, inde nomen accedit; folijs est lilij latioribus, florem quoque fert patentem, formâ lilij, candidi ac purpurei coloris elegantissimâ mixturâ, croceo item fundo, ac staminibus nigricantibus, non ingrato spectaculo, visendum.



.27.



*L. Tulipa Persica.*

*L. Tulipa Candia.*

XXVIII.  
TULIPA TENVIFOL.

PVMILIO.

NARBONENSIS.



Tulipa pumila, ex ijs que angustioribus folijs prædita sunt, minima est, paucis cognita, & à nemine quod sciam, hæctenus descripta, nisi quod pumilionis Tulipæ meminerit tantùm appendix Dodon: flosculus est colore subflavescente decorus, virgulis insuper rubicundis, venulis etiam ac vnguibus miniatis ornatus, ceterùm formâ suâ à Narbonensibus non multùm abest. Adiuncta est altera Narbonensis, vel Bononiensis dicta, quæ & Apenninea à Clusio appellatur; hæc caulem profert sesquipedæ altiorem, in plures aliquando ramulos divisum; ex quibus singulis flos flavi aureique coloris patentior oritur, cuius folia satis lata sunt, & foris maximè circa fundum, virescunt; ex floris autem umbilico capitulum procedit longiusculum; trigonum, nonnullis flavis staminibus circumdatum; odor hiuc exit non ingratus, qualis ferè luteo Leucoio esse solet. Radix bulbosa est, eius, cuius Castanææ nucleus coloris; quæ facile in plures bulbos multiplicatur.



1. *Tulipa Bononiensis.*  
 G. *Tulipa de Montpeliers.*



*Tulipa pumilus.*




DUCALIS CRO- PRÆCOX, ALBO FLORE,  
 CEO SANGVI- LVTEO CARNEI COLO-  
 NEO FLORE. FLORE. RIS MARGINIB:



X latifolij Tulipis tres species colorum differentiâ insignes, hîc spectantur; quarum primæ flos ex ducalibus vulgò dictis, suavissimi odoris; colore in foliorum medio sanguineo, oris sive marginibus croceis, elegantissimi sanè spectaculo, egregius: Secundæ oblongior lutei splendidi est coloris, ex præcocium genere: Tertiæ verò flos amplissimâ est formâ, colore albo, carneis ac purpurifsis lineis passim circa margines intercurrentibus, variegatus.



*L. Tulipa Davis*



*L. Tulipa alba et  
rosea columixta.*



*L. Tulipa lutea.*



xxx.  
TULIPA LATIFOL.

FLORE SAN- FLORE MINIATO FLAM:  
GVINENEO. CANDICAN: VARIO.



Rior Tulipa, ex latifolijs plantis est, amplo flore, sanguinei coloris vniformiter splendidi, nervis venisque saturatoribus eleganter ornato, illustris; cui proximus Tulipæ flos, in horto Michaelis Semmij nuper prognatus, oblongior est, miniato circa oras passim colore, flammis candicantibus per medium eleganter & multifariè, admirando Naturæ miraculo, inter-

stinctus.

30.

*L. Tulipa cinnab. et alb. florum.*



*L. Tulipa Sanguin.*



XXXI.  
TVLIPA LATIFOL.

FLORE COCCI- ALBO FLO- ALBO FLORE,  
NEI. ALBIO: ELEGAN- RE CRENATO, COCCINEIS LINE-  
TER DISTINCTI COLORIS. COCCINEIS FLAMMIS. IS AC FLAMMIS VARIO.

**P**rimus hic Tulipæ flos, à cultore suo, Honesti nomine florum amatoribus in Bataviâ notus, cuius præcipuè curâ ad tãtam spectaculi excellẽtiam pervenit; colore est argenteo, varijs, nunc tenuioribus nũc verò latioribus lineis intercurrentibus, & infinitis Coccinei coloris puncturis, admirabilis, licet flavi interdum aliquid maximè circa fundum, admittat. Qui sequitur elegantissimus est flos, magnitudine quidem priori cædens, non tamen minore admiratione dignus, cùm singula eius folia candida in medio à summo ad imum teniã latã coccinei coloris distincta, & flãmulis vtrimque minoribus variegata sint oris non-nihil crenatis aut leviter incis. Postremo loco positus flos patetior est, coccineo alboque passim commixte lineatim colore, flammulis intercurrentibus, & stylo subflavescente, conspicuus.



*L. Tulipa Honesti.*

*L. Tulipa alba cocineis flammis.*



*L. Tulipa nivea coc. col. satur.*



## TULIPA. LATIF. PALTON DICTA.

FLORE ALBO, SVLPHV-  
REO, COCCINEO, COL:  
DISTINCTO.

FLORE ALBO  
PHÆNICEO, AD FVN-  
DVM SVLPHVREO DISTIN. COL.



Vlparum tanta quotannis varietas, vt cultorum suorum sæpissimè vota, vel eludat, vel superet, adeoque verbis vllis exprimere etiam exercitato difficillimum fit.

At flammea hæc prior Tulipa merito dici posset, cuius flos totus flammis sulphurei flavi ac Coccinei coloris distinctus, splendescit: quamvis n. in fundo fere flavescat, ad suprema tamen foliorû latioribus phœnicij saturatoris coloris flammis nitescit. Alterius verò flos elegantiam nequam suo compari cedit, minus flavescit, sed subalbidi coloris radijs lucidior eminent, & spectantium tãdem oculos invitos à se demittit.

32.

*L. Tulipa alba cum rubr. flam. et foveol.*



Willem Piso

XXXIII.  
FRITILIARIA,

ALBO FLORE  
PVRO.

PVRPVREO FLORE  
PVNCTATO.




Meleagris hæc planta quoque ab ave Meleagride, cuius plumas flos huius imitatur, dicta est; & Narcissus Caperonius, ab inventore, ex liliorum esse genere videtur. Huic priori cauliculus pedalis est, & interdum longior, rotundus, gracilis, firmus tamē, cavus, coloris ex purpurâ virescentis, sed obscurioris, quem sena vel plura inæquali serie ambiunt folia, brevia, angusta, nonnihil carinata; summo autem fastigio sustinet flores geminos, nutantas, nolæ vel tintinabuli instar pendulos; quorum singuli sex constant folijs, rectis, candidi coloris, circa mucronem ex viridi paululum flavescentibus; è floris umbilico sena prodeunt stamina alba, flavis apicibus prædita, mediusque stylus itidem albus, longior, & extremâ parte trifidus, odore nullo.

Posterioris verò flos purpureus est, foris dilutioribus maculis admodum eleganter & distinctè compositis, ornatus, internè autem non minùs nigris strijs lineolisque aptè intercurrentibus, delectabilis; in cuius medio oriuntur sex staminula subflava, cum stylo eiusdem coloris. Radix ex bulbo quoque porraceo constat, subrotundo, candido.

*L. Fritillaria flo: albo.*

*L. Fritillaria flore  
purpureo.*



XXXIII.  
FRITILLARIA,

FLORE LVTEO MACVLIS MAXIMA, PVR-  
SANGVINEIS NOTATO. PVREO FLORE, POLYAN:




Ritillaria, quæ hîc prior exprimitur, florem fert sanè jucundâ colorum & macularum mixturâ insignem; cuius folia aurea, elegantibus sanguineis maculis, apto ordine, distinctis, conspersa, mirum quantum spectantium oculos detineant; habentque insuper foris extantes per medium nervos subvirides, suam etiam flori addentes gratiam.

Altera quæ sequitur, Fritillaria maxima dicta, florum numero admodum fœcunda est; nec tamen suâ destituitur elegantiâ, cum purpureus in singulis color, retium formam exprimere, jucundâ nunc saturitate, nunc dilutissimâ coloris differentiâ, videatur.

*L. Fritillaria flore  
luteo.*

*L. Fritillaria maximi  
polyanthos.*



MINVS.

MAIVS.



Eucanthemo bulbo, (sic & Ornithogalon dicitur) folia multa sunt; & angusta, graminis minora caulis inter hæc exit do-  
drâte minor, rotûdus, glaber, absque folijs: flores in summo  
è ramulis dispersi emicant sex aut septem, foris herbacei vi-  
roris, intus candidi, ex sex foliolis cõmissi, exiguis lilijs, præ-  
sertim prius quàm aperiuntur, similes; qui Sole quidem splé-  
dente patent, noctu verò, & cum aër nubilus, etiam interdum  
reclusi permanent: capitula succedunt triangularia, in quibus  
semé exguum: radix bulbosa, lento succo plena. Duo hîc sunt  
expressæ eius species, magnitudine differentes; prior, jam de-  
scriptus, minor est: altera, Ornithogalum maius, & lilium quoque Alexandrinum dici-  
tur; habetque omnia vt folia, caulem, flores, bulbum, maiora cæterùm ferè similia.



35.

*L. Ornithogalum minus.*

*L. Ornithogalum maius.*



XXXVI.  
ASPHODILVS,

MAIOR, ALBO  
FLORE.

FLORE LV-  
TEO.

**R**imum Asphodili genus, hastula regia quoque dictum, folia habet complura, oblonga, angusta, porri folijs similia; acuminata; caulem rotundum lævem, cubito longiorem; quem à medio sursum versus multi quinque vel sex foliolorum flores patentes exornant, colore candidi, aut ex valde diluto rubro modice purpurascens, staminibus in medio; post quos capitula sequuntur orbiculata: semen in his durum triangulum nigricantis obsoleti coloris; radices ab vno capite complures exeunt, oblongæ, inferiore sede crassiores, magnis glandibus quodammodo similes. In Galliæ Provinciâ, Italiâ Hispaniâ, spontè nascitur: apud Germ: & Belgas, non nisi satus provenit.

Caterùm Asphodelo luteo folia sunt oblonga, striata, in viore quasi cærulea, longiora & angustiora quàm primi: caulis rotundus, cubitalis: flores in eo, à medio sursum versus quoque plurimi; alterius satis similes, sed colore lutei: radices similiter complures; sed multo quàm primi & tenuiores & longiores, colore luteolæ, supra quas fibræ quædam laterales exeunt, per quas in plures alias stirps ipsa facilè multiplicatur.



I. *Asphodelus albus minor*.



I. *Asphodelus luteus*.

AQVILINA, PLENO FLO-      AQVILEIA STELLA-  
RE ROSEO, PVRPVREI COLORIS.      TO PVRPVREO FLORE.



Quileia folia fert Chelidonij maioris, paulò tamen rotundiora, per ambitum incisa, colore in virore cærulea, sicca: caulem verò cubitalem, tenuem, rubentem, & leniter hirsutum, cuius alæ singulos proferunt flores, ex pluribus dependentibus, concavis veluti corniculis, & totidem intermedijs sursum erectis parvis foliolis, commissos, formâ aliquomodo rosam multiplicem exprimentes, colore ex rubro purpureo pleno, erumpentibus è medio staminibus, à quibus parvi apices dependent: semen inde in siliquis nonnullis coniunctis paruum, nigrum & spensens nascitur: radices subsunt crasse, fibrosæ, quæ pluribus annis durant.

Altera Aquileiæ species, flores gignit paulò maiores, stellatos, multiplici etiam foliorum ordine conspicuos, purpureos, cætera prioribus propemodum similes.

L. Aquilina rosea flo:  
G. Ancoiles.

37.

L. Aquilegia flo: stell:  
Gr. Akeleyen.



## RANUNCVLVS ASIATICVS,

FLORE SIMPLI- FLORE PLENO SANGVI-  
CI SANGVINEO. NEO GEMINATO.

**B**atrachion Latinè Ranūculus, quod locis fortasse humidis & marginibus ranarum instar gaudeat, dicitur. At hīc duo Ranūculi Asiatici, vnus simplici, alter gemino pleno flore exprimuntur; folia habentes initio ternā aut quaternā, longis pediculis innixa, per oras incisa, & in tres lacinias diuisa, dilutius virentia: inter quæ exilit caulis satis firmus folijs in tenuiores & frequentiores lacinias diuisis præditus; summo verò cauli prioris insidet flos satis amplus, sex pluriūmve foliorū simplici serie constans, orbiculato mucrone sese mutuò contingentium, sanguinei omnino coloris, foris tamen magis saturè internè lætiūs rubescentis; medius flos occupatur capitulo satis magno ac nigrescente: Radix alijs propaginibus grumosis augetur, vnde & bulbuli adnati feminis vicem supplere creduntur.

Alterius Ranunculi flos plenus eiusdem coloris, adeò multiplicatis folijs conspicuus, vt centissimum foliorum numerum longè superasse repertus sit, & quod mirum, ex floris medio alium tenuem cauliculum profert simili quamvis minore flosculo fecundū.

38.



*L. Ranunculus Asi: simpl:.*  
*Ge. Hanenvoet*



*L. Ranunculus Grum: dupl:.*  
*G. Bassinets.*



XXXIX.  
RANUNCVLVS,

MAIOR; FLORE  
ALBO PLENO.

MAXIMVS FLORE LV:  
TEO GLOBOSO.

**R**Anunculus albus multiplex, vel niveus polyāthos à flore dictus, in Belgij hortis frequens est, ab alijs Ranunculis parum differens, montano autem quarto valde similis, nisi quod florum magnitudine & elegantia prestare videatur.

Alter Ranunculus, qui quod alios magnitudine longè superet maximus dicitur; Gesnero etiam Trollius flos, Aconiti species esse quibusdam videtur, quia in siliquis nonnullis simul junctis semen nigrum ferat; quod tamen non placet Dodoneo qui Ranunculorum numero habendum censet. Flores eius aurei sunt, reliquis Ranunculi floribus maiores, globosi, & ex pluribus folijs conglomeratis ac semiclausis brassicæ capitatae instar, qui nunquam planè se pandunt, constantes.



L. Ranunculus albus flore pleno.

39.

L. Ranunculus flore globofo maxi.



XL.  
SATYRIVM BASIL.

M A S.

F O E M I N A.

**M**aius Satyrion basilicon, quod marem appellant, folia habet oblonga, lata & lævia, lilij folijs minora, paucis & vix apparentibus maculis respersa: caules pedales vel altiores, non absque adnatis folijs, flores in summo spicatos albos, exiguis punctis purpureis notatos, forma testiculi morionis maris, nisi quod ipsis crista desit. Sub quibus singula acuminata nascuntur foliola: radices geminae veluti palmae sunt, singulae in quatuor digitos distributae; quarum vna flaccidior & quasi fungosa altera vegeta ac solida, paucis ab annexu exeuntibus fibris.

Alterum maius genus quod faeminam vocat, priori minus, folia eiusdem formae promittit, sed minora, & multis nigris maculis conspersa: flores cucullis similes, cristatos & hiantes, vti testiculi Morionis; colore ex Coccineo rubentes ex purpurâ nigrescentibus lineolis ac punctis variegatos.

*L. Satyrion Basilicum foemina.*  
*Ge. Handchenskrantz.*

*L. Satyrion Basil mas.*  
*Ge. Creutzblum.*



XLI.  
NARSISSVS IUNCIFOL.

MAIOR.

MINOR.



Vncifolio Narcisso maiori (Hispani à similitudine quam folia cum juncis habent Ionquillas vocant.) folia sunt oblonga angusta, crassa interim propemodum rotunda, admodum lævia & flexibilia, à juncis non multum distantia; inter quæ medius exit caulis; in summo cuius flosculi tres vel plures odorati, Narcissis formâ similes verùm minores, & colore per totum florem lutei: radix bulbosa, candida, tenui membranâ integitur. Nascitur plerisque Hispaniæ locis sua spontè. In Belgio Aprili mense florem promit; Et Martio si Hyems clemens fuerit.

Iuncifolius minor in omnibus ferè maiori similis, præterquam quod sit minor, foliaque habeat rotundiora, & numero plura; flores quoque ferat pauciores, & rari plures quàm vnum ab vno pediculo pendentes.

*L. Narcissus Iuncifol: maior.*

41

*L. Narcissus Iuncifol: minor.*



Falter fig 42



*Tulipa Doctissimi argentea Coloris  
ruberris flammis ornata*

## TVLIPA LVTEI

ore rubri.



Vncelegantissimum flosculum præterire fas esse non puto, nam similes in hortis diligenter curantur, propter suam nobilissimam formam, & præcipue si ore puro enati sint, & colorem servant.

Alter vero flos hic figuratus valde existimabatur & alijs dignior est propter maturitatem temporis, & ab amatoribus vocatus est (Purper met Witte boorden) quod Latine dictum est purpureus marginibus albis, hujus semen in magno prætio habetur, quod ex eo colorum varietates magnæ productæ sunt.

X x


## TVLIPA IOANNIS RIHOLDI

marginibus albis.





*Tulipa Compositi alba  
rubris flammis Elegans  
vix plerumq. ornata*



*Tulipa Compositi Elegans  
fundo alba oris purpurea  
vix ornata*



## FRITILIARIA,

ALBO FLORE PVRO. PURPUREO FLORE PUNCTATO.




Eleagris hæc planta quoque ab ave Meleagride, cujus plumas flos hujus imitatur, dicta est; & Narcissus Caperonius, ab inventore; ex Liliorum esse genere videtur. Huic priori cauliculus pedalis est, & interdum longior, rotundus, gracilis, firmus tamen, cavus, coloris ex purpurâ virescentis, sed obscurioris, quem sena vel plura inæquali serie ambiunt folia, brevia, anguste, non-nihil carinata; summo autem fastigia sustinet flores geminos, nutantas, nolæ vel tintinabuli instar pendulos; quorum singuli sex constant folijs, rectis, candidi coloris, circa mucronem ex viridi paulalium flavescens; è floris umbilico sena prodeunt stamina alba, flavis apicibus prædita, mediûsq; stylus itidem albus, longior, & extremâ parte trifidus, odore nullo.

Posterioris verò flos purpureus est, foris dilutionibus maculis admodum eleganter & distinctè compositis, ornatus, internè autem non minùs nigris strijs lineolisq; aptè intercurrentibus, delectabilis: in cujus medio orientur sex staminula subflava, cum stylo ejusdem coloris. Radix ex bulbo quoque porraceo constat, subrotundo; candido.

*Tulpa Gerardii  
Jacobi lutea cum  
rubris flammis*



*Tulpa Johannis Semmli  
argent Coloris cum  
purpuris flammis albis*



## FRITILLARIA.

FLORE LVTEO MACVLIS

Sanguineis notato.

MAXIMA, PVRPVREO

Flore, Polyan:



Ritillaria, quæ hîc prior exprimitur, florem fert sanè jucundâ colorum & macularum mixturâ insignem; cujus folia aurea, elegantibus sanguineis maculis, apto ordine, distinctis, conspersa, mirum quantum spectantium oculos delectent; habentq; insuper foris extantes per medium nervos subvirides, suam etiam flori addentes gratiam.

Altera quæ sequitur, Fritillaria maxima dicta, florum numero admodum fœcunda est; nec tamen suâ destituitur elegantiâ, cum purpureus in singulis color, retium formam exprimere, jucundâ nunc saturitate, nunc dilutissimâ coloris differentiâ, videatur.

*Tulipa Jacobi Bermani* lactei Coloris  
caecities flammis huius et ornata



## ORNITHOGALVM.

M I N V S.

M A I V S.



Eucanthemo bulbo, (sic & Ornithogalon dicitur) folia multa sunt; & angusta, graminis minora caulis inter hæc exit dodrante minor, rotundus, glaber, absque folijs: flores in summo è ramulis dispersi emicant sex aut septem, foris herbacei viroris, intus candidi, ex sex foliolis commissi, exiguis Lilijs, præsertim prius quàm aperiuntur, similes; qui Sole quidem splendente patent, noctu verò, & cum aër nubilus, etiam interdum reclusi permanent: capitula succedunt triangularia, in quibus semen exguum: radix bulbosa, leno succo plena. Duo hîc sunt expressæ ejus species, magnitudine differentes; prior, jam descriptus, minor est: altera, Ornithogalum majus, & Lilium quoque Alexandrinum dicitur; habetq; omnia ut folia, caulem, flores, bulbum, majora cæterum ferè similia.

Aaa



*Tulipa mayor* Do Jacobi  
*Bomby lutei* Colons rubris  
flammis desincta

## MAIOR, ALBO. FLORE.

## FLORE LVTEO.



Dirum Asphodili genus, hastula regia quoque dictum, folia habet complura, oblonga, angusta, porri folijs similia; acuminata; caulem rotundum laevem, cubito longiorem; quem à medio fursum versus multi quinque vel sex foliorum flores patentis exornant, colore candidi, aut ex valde diluto rubro modice purpurascens, staminibus in medio; post quos capitula sequuntur orbiculata: semen in his durum triangulum nigricantis obsoleti coloris; radices ab uno capite complures exeunt, oblongæ, inferiore sede crassiores, magnis glandibus quodammodo similes. In Gallia Provinciâ, Italia Hispaniâ, spontè nascitur: apud Germ: & Belgas, non nisi satus provenit.

Cæterùm Asphodelo luteo folia sunt oblonga, striata, in virore quasi cerulea, longiora & angustiora quàm primi: caulis rotundus cubitalis: flores in eo, à medio fursum versus quoque plurimi; alterius satis similis, sed colore lutei: radices similiter complures; sed multo quàm primi & tenuiores & longiores, colore luteolæ, supra quas fibræ quædam laterales exeunt, per quas in plures alias strips ipsa facillè multiplicatur.






Tulipa Octavianii  
 Des Pont: niuci  
 Coloris Sanguine  
 flammis orata.



Tulipa Elegantiss  
 Coloris caudicis flamm  
 orata.



## AQVILINA, PLENO FLORE

Roseo, Purpurei coloris.

## AQVILEIA STELLATO

Purpureo Flore.



Quileia folia fert Chelidonij majoris, paulò tamen rotundiora, per ambitum incisa, colore in virore cærulea, sicca: caulem verò cubitalem, tenuem, rubentem, & leniter hirsutum; cujus alæ singulos proferunt flores, ex pluribus dependentibus, concavis veluti corniculis, & totidem intermedijs fursum erectis parvis foliolis, commissos; formâ aliquomodo rosam multiplicem exprimentes, colore ex rubro purpureo pleno, erumpentibus è medio staminibus à quibus parui apices dependent: semen inde in siliquis nonnullis conjunctis paruum, nigrum & spendens nascitur: radices subsunt crasse, fibrosæ, quæ pluribus annis durant.

Altera Aquileiæ species, flores gignit paulò majores, stellatos, multiplici etiam foliorum ordine conspicuos, purpureos; cætera prioribus propemodum similes.



*Tulipa Andreae ab  
Hetsinge argentea  
rubris maculis punctata*



*Tulipa Iacobi  
bonita alba rub.  
flamie diuisa.*





*Tulipa*  
*sp.*




*Tulipa*  
*sp.*



*Tulipa*  
*sp.*



*Tulipa Hugoni de*  
*Geyer lutea Colbr.*  
*rubris flammis divisa*



*Tulipa Erus?*  
*Janssoni lutea Col.*  
*ad latera rubera*





*[Faint handwritten text, likely botanical notes]*

*[Faint handwritten text, likely botanical notes]*




151



*Tulipa alba rubris  
flammis dispersis,  
alias Couckebackeri.*



51



*Handwritten text, possibly a botanical name or description, written vertically in cursive script.*








*Tulipa Nob. viri*  
*Solerti. a Seulen alb.*  
*rubris maculis puncta*



*Tulipa Adiniani Bisi lucea*  
*rubris staminibus Elegan. ornata*







*Tulipa Johannis*  
*Debyluten Coloris*  
*rubris maculis*  
*aspera*



*Tulipa Jacobi everbeck*  
*argente Coloris rubro*  
*macul: distincta*





*Faint, illegible handwritten text, possibly a name or description of the flower.*




*Faint, illegible handwritten text, possibly a name or description of the flower.*

54




*Tulipa luca orō rubra  
Genata.*



*Tulipa Johannis de Pyc  
purpurei Color. margini albo*





ÆSTAS

# HORTI FLORIDI.

IN QVA PRÆCIPVI AESTATIS FLORES EXCELLENTI

CR. PASSÆI STYLO ADVIVVM AD.

MODVM INGENIOS EXPRIMVNTVR.



VLTRAIECTI.

Ex Officina Hermannii Borculoi.

ET

Prostant apud Ioannem Ianfonium Bibliopolam Arnemiensis.



Index ÆSTIVVS.  
Vcl secundæ partis Horti Floridi.

<b>R</b>	<i>Æonia femina, mas.</i>	Fol. 1.	<i>rus.</i>	Fol. 11.
	<i>Iris maior Dodonæi.</i>	Fol. 2.	<i>Rosa pleno flore albo, &amp; R: rubra Prænestina.</i>	
	<i>Iris Susiana.</i>	Fol. 3.		Fol. 12.
	<i>Iris Angustifol: Clusij.</i>	Fol. 4.	<i>Rosa centifol: Bat: &amp; Rosa versicol: Fl:</i>	Fol. 13.
	<i>Sisynrichium maius, &amp; Iris bulb:</i>	Fol. 5.	<i>Campanula Flore cerul: &amp; Campan: flo. albo.</i>	Fol. 14.
	<i>latif: Clusij.</i>	Fol. 6.	<i>Papaver, flore pleno.</i>	Fol. 15.
	<i>Iris flore lut: &amp; Iris Hispanica.</i>	Fol. 7.	<i>Lychnis Coron: fl: rubro pleno, &amp; L. flore albo.</i>	Fol. 16.
	<i>Moly mont: latif: flavo fl: Moly angustifol.</i>	Fol. 8.	<i>Caryophylleus flos minor, vel Superba.</i>	Fol. 17.
	<i>Lilium montanum.</i>	Fol. 9.	<i>Caryophyll: flore albo punct: fl: sanguineo, fl: niveo.</i>	Fol. 18.
	<i>Lil: Martagon Pomponij.</i>	Fol. 10.		Fol. 19.
<i>Lilium Rubrum Bulbi ferum.</i>		<i>Melanthium sativum, &amp; M. pleno flore.</i>		
<i>Gladiolus Narbon: &amp; Gladiolus vtrimq: florife=</i>				

ANAGRAMME

*Du nom de bauteur.*

*Sur son liure de rares Fleurs.*

CRISPIAN DE PASE.

PRIS DE SAPIANCE.

*Timante en peignent son enorme Cyclope.*


*Apelles sa Venus, Zeux sa Penelope.*

*Nous aquis tel renom par leur divine science.*

*Que DE PASE en ses Fleurs qu'a le PRIS DE SAPIANCE.*

Iacques Chicze. Orangeois.





Meridies

Orientis

Occidentis

Septentrio

I.  
PÆONIA.

FÆMINA MAXIMA.

**P**æonia à Pæone inventore dicta, à Græcis Glycisida, quod grana mali puniceæ granis similia habere videatur: huius fæminæ caules, secus ac maris, parum aut nihil rubent, folia incondita, hipposelini, quod à Theophrasto Smyrnion appellatur, ferè modo laciniata, & singularia angustiora quàm maris, supernâ parte virentiora, inferiore albicantiora: flores sunt maximi ex purpurâ splendide rubescentes, & tanto quandoque foliorum numero luxuriantes, vt ducenta plura in suo ambitu contineant folia: semë in siliquis Amigdalidis similibus nigrum, rotundum; & grana quædam coccineo colore minus tamen quàm masculæ Pæoniæ splendentia: radices ab vno capite multæ descendunt glandulosæ, veri Asphodeli radicibus similes, sed multò crassiores & lōgiore; à quibus sæpè aliæ duæ aut tres procedunt, eiusdem omnino formæ. Floret Maio mense, hortorum ornamentum.



*Paeonia sem. maxim.*

17

## IRIS MAIOR

2.

## DODONEI.



Iris dicta ab caelestis arcus similitudine, quem flores eius referunt, non tantum colore, sed & magnitudine differentes species profert. Folia maioribus sunt oblonga, gladijs similia: caules rotundi, laeves, cubitales, nonnullis altiores; in quorum summo flores alterno ordine positi, terni quaterniue, odorati; constantes senis potissimum foliolis, quorum tria deorsum repanda arcus modo reflectuntur; inferiore parte pallentia; superiore vero pulcherrimum nigrae violae colorem proximè exprimentia, intermixtis interim lineis candidis ab ipsa flavâ fimbriâ exorientibus; alia tria sursum & contra se mutuo curvantur, diluioris coloris. Oritur fimbria ab ipsa foliorum in singulis floribus parte, quâ calyci inhaerent, & inde sursum ad medium producitur, multis, tenuibus, brevibus, luteolis veluti pilis, Ericæ hirsutæ formâ. Præter sex a. hæc quæ propriè folia, sunt & tria alia oblonga, angusta foliola, extremâ summâque parte bifida, quæ fimbriam illam quodammodo contegunt: sub his singula stamina. Radices Iridi subiacent oblongæ, solidæ, geniculate digitali crassitudine, subinde in plures propagines distributæ.



*I. Iris maior.*  
*I. Giglio.*  
*G. Glacyul.*  
*Ge. Lisch.*

## IRIS <sup>3.</sup>SUSIANA



Ris hæc ex Latifolijs Iridibus vna, ad nos è Byzãtio primùm allata, Turcis Alaga Susam dicta, quòd circa Susam Persiæ urbem frequens nasci credatur, folia habet sex vel octo Lusitanicæ Iridis bifloræ folijs similia; caulem verò sesquipedalem vel altiore, rotundū, nodosum è quo flos oritur cæteris Iridis floribus maior ex novem quoque folijs factus; quorum tria reflexa crassa sunt subnigra ex purpurâ subalbescens venulis distincta, & pilis nigris tecta, maculâ insuper nigrâ holosericum eiusdem coloris exprimens pannum, resperfa; tria his incumbencia folia dilutiùs nigrescunt; & veluti ex nigro purpurascunt: tria verò eminentia lata sunt admodum & tenuia infinitis partim cinericei coloris lineolis ac strijs intercurrentibus, varia, ita vt Pavonis Americani caudâ extensam aliquo modo exprimere videantur. Hic flos coloris causa in pretio est, cum omnino nullum habeat odorem; & planta quod frigoris sit impatientior floret rariùs, & plures præter vnum florem vix vnquam simul protulisse apud nos visa est.

3.



*I. Iris Sufiana  
maior.*

W. P. F.

4.  
IRIS ANGVSTI-  
FOLIA CLVSII.

**H**ÆC Iris angustifolia, non malè Pannonica versicolor dici posset, cum in Hungariâ & Austria superiore frequens sit. Et nulli Iridium elegantia cedat. Habet autem folia sequepede altiora, admodum angusta, nec digiti minimi latitudinem excedentia, in acutum desinètia viridia, at circa terram nonnihil purpurascètia, odoris haud nigrati. Caules ad tres quandoque pedes assurgunt, rotundi, firmi, cavi, geniculati, circa superiores partes in duos tresvè ramulos divisi, ex quibus prodeunt flores ab Iridum bulbosarum latif: Versicoloribus floribus non multum distantes, boni odoris; quorum tria deorsum reflexa folia, colorem inferus monstrant fuscum, superius violaceum, lineolis ac venis saturatè purpureis intercurrentibus delectabilis, absque fimbria cuius loco linea succedit lutea; tria verò quæ erecta consistunt non adeo contra se recurvantur & minus lata sunt colore cæruleo saturato vel purpureo decora. Radices quoq: obliquæ nodosæ & sibi invicem implicite, multas tenues fibras inferius demittumq:




L. Iris angustifolia  
Clusij.

4



SISYNRICHIVM  
MAIVS.

IRIS BVLBOSA  
LATIFOL.

 Slynrichium maius oblongis angustisque folijs, mollioribus quàm Iridis bulbosæ folia, & ad Hyacinthi botryodis quàm proximè accedentibus, striatis, viridibus, & humi plerumque fuis, præditum; rotûdo item dodrantali striato firmoque caule, qui ex multis involucribus tanquam è vaginulis flores promit quaternos aut quinos, alternatim prodeûtes; vt primo marcescente alter succedat, deinde tertius, & sic deinceps, Xyridis potùs florem quàm Iridis referentes, ex novem foliolis compositos; quorû tria deorsum inflexa, pro limbriâ luteam maculam habêt; alia tria sursum aliquantulum attoluntur; tria verò reliqua, quæ in alijs ligulam tegere solent surrecta, summâ parte divisa; & bifida. Est autem totus flos pulcher aspectu, coloris præter maculas illas cærulei; odore quidem præstanti, sed admodum fugaci. Semen rotundum & subruffum tenui admodum membranâ continetur Radix bulbosa est atque gemina.

Iris bulbosa latifolia à Clusio perinde ac à Dodonæo descripta, folia habet lata, lilij non bulbosi folijs similia, mollia, melini coloris; inter quæ cauliculus exit brevis, in quo oritur flos formâ reliquarum Iridium bulbosarum, grati odoris, ex cæruleo colore aliquando subalbescens; qui cum evanuerit, alij vtrimque emergût bini; Radix cepæ similis, dulcis est saporis, varijs nigricantibus contacta corticibus.

2.

*L. Iris Bulbosa latif: Clusij.*

*L. Syriarichium  
maius.*



6.  
IRIS BVLBOSA.

FLORE LVTEO

HISPANICA.

**H**Æc Iris bulbosa prior folia habet quaterna aut quina oblonga, angusta, striata, Asphodeli lutei satis similia, superiore parte cava, inferiore verò prominentia ac subrotunda: caulem cubitalem: florem in summo lutei elegantis coloris, è senis maioribus, & tribus minoribus foliolis constātem; cui oblonga crassa veluti siliqua succedit, in quâ semen. Radix bulbosa, oblonga, subruffâ integitur membranâ, quæ vbi florem facit in duos bulbos abit, ipso caule ex imo & ex bulbi fibris assurgenté.

Hispanica formâ parum a. præcedente differt: deorsum etenim folia reflexa candicant; assurgentia verò cæruleum colorem referunt: angustiora sive minora inferioribus ita incumbunt, vt necdum stamina aut apices cerni non queant, sed ipsis etiam adhære-re appareant, quæ & extremis partibus fissa sunt atque reflexa.

*L. Iris bulbiflora luteo.* .6.



*L. Iris Hispanica bulb.*



## MOLY MONTAN:

LATIFOL; FLORE FLAVO.

ANGVSTIFOLIUM.



Oly latifolium a latis, crassis, pinguibus, carinatis, & erectis folijs sic dictum, quæ non multum a Scyllæ folijs differunt; coloremq; porri imitantur: hujus caulis pedalis est, viridis, ex tenui in summi duplici membranuliâ triginta plures proferens flosculos suis in pediculis tenuibus quidem sex satis firmis eminentes; qui singuli ex sex foliolis stellari formâ compositis externè pallidis internè verò luteis constant in cuius medio stylus extat trasfidus sex flavis staminibus in apices in eiusdem coloris desinentibus cinctus. Radix porro similis bulbosa est & sæpè gemina.

Moly alterum hic expressum angustifolium a folijs angustioribus & quodammodo juncinis dictum, flosculos promit pediculis dependentes priori similes, sed candidos, putpureis subinde venulis elegantior distinctos.

*L. Moly latifolium mont: flore flavo.*

7

*L. Moly mshan: angustifolium.*



## LILIVM MONTANVM.



Ilvestre lilium montanum dictum, caules promit bicubitales aut altiores, rotundos folia longa, lata, acuminata, non supra invicem incerto ordine disposita, sed caulem quibusdam locis, stelle modo radiate, circundantia: flores e suis pediculis deorsum dependent, Liliij diuisurâ, sed minores, colore purpureo obsoleto, purpureusque aliquot maculis splendentes, & staminibus eiusdem coloris in medio; quorum foliola retrorsum reflexa in circulum feru recurvantur: Radices bulbosæ veluti ex multis nucleis conjunctæ, aurei vel flavi coloris (vnde & Galli totam plantam liliij flavi nomine vocarunt) ex quibus fibre dependent.

Nasertur complurimis Germaniæ locis in silvis & montibus Fuschia & Gelsenro testibus Belgæ cum alijs lilijs in hortis habent. Eloret sub initium Iunii candida lilia antevortens.





L. Lilium montanum.  
 I. Giglio Sabotico.  
 G. Liu jaune.  
 Gc. Cymbels.

## MARTAGON<sup>9.</sup> POMPONII.



lilium, Martagon Pomponij ab ijs qui diu aluerunt vocatum, quâ etiam appellatione ex Italia se ijdē accepisse asserūt, rarū adhuc est in his provincijs, quia adnatis difficillimè se propagat, nec apud quempiã ipsam plantam semen præbuisse cognitum est, præterquàm quòd Clusius in appendice; se decem vel duodecim semina solida, plana, orbiculata, parua, subrubentia, circa annum 1606. in siliquis sextuplici serie connexis invenisse, tradat. Est autem hoc lilium ex silvestribus, caulē promens sesquipede altiorē plurimis oblongis angustisque confuso ordine folijs cinctum; in cuius superiore parte flores alternatim ex suis pediculis prodeūt, crocei admodum saturati vel miniati coloris, quorum foliola retrorsum reflexa in orbem ferè recurvantur. Radix bulbosa est, At demū Florū sobole admodum fœcunda hæc planta est, adeo vt trigesimum sextum numerum attigisse vel superasse, referatur.



9.

*L. Martagon Romponense.*

Willm. B. G.

10.

LILIVM RVBRVM BVLBIFERVM



Illium hoc rubrum sive purpureū ex maioribus esse videtur; caulem habens procerum, & folia Lilij albi folijs similia, sed nigriora & angustiora circa caulem multa, sed āte eius exortum nulla: flores summo caule plures supra invicem incerto ordine digestos, candidi quidem lilij formā, colore verò rubro ad croceum inclinante; multis exiguis, nigris quasi punctulis, literarum quarundam veluti rudimentis resperfos; radices bulbi magni sunt, ex multis nucleis compositi, vt candidi lilij, sed maiores.



L. *Lilium rubrum bulbiferum.*  
 I. *Giglio rosso.*  
 G. *Lis orange.*  
 Ge. *Rode Lelien, ofte Goid gijgen.*

## GLADIOLVS,

NARBONENSIS.

VTRIMQVE FLORIFERVS.



Ladiolo folia sunt oblonga, angusta, striata, gladij modo mucronata, iridis minora & angustiora : caulis lævis, teres, cubito longior; circa cuius summum flores sex aut septem distantes in ordinem supra invicem, ad vnam caulis partem digesti, ex sex foliolis commissi, colore purpureo rubentes, aut (quod tamen raro) candicantes : succedunt inde folliculi in rodunditate oblongi : semina in his tenuia, palcacea ; radix gemini bulbi vno super alterum insidente , quorum superior veris initio minor ac vegetior : inferior major sed flaccidior, qui paulò post perit , in plures subinde multiplicatus.

Post priorem ( qui supra describitur ) alius sequitur gladiolus Italicus dictus lobellio, binis florum ordinibus, vel vtrimque floriferus qui satis in cæteris cum superiore convenit.

*L. Gladiolus viringos floriferus**L. Gladiolus Narbonensis*

## ROSA

ALBA, PLENO FLORE. RVBRA, PRÆNESTINA.



Inter omnes flores principatum Rosa facile obtinet; eiusque in coronis omnibus usus propè nimius, adeò vt Poëtarum versibus decantatissima hodie per tot elegantium adhuc scriptorum vireta immortalẽ odoris fragrantiam spargere videatur. Plurima hæc varietate facunda est. At in satiuarum Rosarum censu hæc prior proceritate caulium sive ramorum reliquas superat; flores ferens candidos perquam odoratos, multorum foliorum. Quæ verò sequitur Prænestina brevior est, virgis bicubitalibus aut altioribus, flore eleganter quidem rubente, sed minus quam Milesiæ, multiplici foliorum ordine conspicuo, odore grato & perquam iucundo.



Rosa alba ple. flo.

.12.

L. Rosa rubra  
praecoxina.



## ROSA CENTIFOLIA BATAVICA.

## ROSA VERSICOLOR.

**R**osa centifolia, a numero foliorum in flore sic dicta, & Batavica a loco in quo copiosè nascitur, etiam veteribus non ignota fuit cum eius celeberrimi scriptores meminerint Theophrastus in hist: Plantarum, Plinius in Nat: hist: Athenæus in libris Diptno quam in Campaniâ Italiæ ac circa Philippos Græciæ reperiri tradunt. Clusius in nonnullis locis iro in flore folia se numerasse refert exhinsicus maiora, intrinsicus pusilla filorum in medio locum explentia, & in ipsum calycem reflexa, odorem autem deprehendisse ad albæ rosæ odorem accedentem, colorem etiam Prænestinæ non admodum dissimilem licet dilutiorem.

Illi congener esse videtur elegans hæc rosa Prænestinæ similis formâ & magnitudine; quæ vt plurimum dimidiâ ex parte candida habet folia, reliqua rubra, aut tertiâ duntaxat ex parte alba, vel nunc integra alba, modo integra rubra inter se commixta, conspiciuntur.

<sup>13</sup>  
*L. Rosa centifolia Batavica.*

*L. Rosa versicolor.*



CAMPANVLA, FLORE CÆRVLEA.

CAMPANVLA, FLORE ALBA.



Vm silvestribus Rapis similitudinem quandam habere videntur, quas Campanulas vulgo nominant quarum tres species a Dodonæo observata sunt. Major vel maxima quæ hic prior exprimitur, folia habet prima lata, & violæ nigræ formâ similia, sed tam majora; quæ verò circa caules quos satis validos promit, oblongiora vtraque saturi viroris. Flores secundum caules gignuntur plurimi, Rapunculi floribus majores ac patientiores, campanulis ferè assimilés, cæruleo nitentes colore: staminibus in medio candidis, Radix novellis plantis digitalis crassitudinis oblonge, vetustis verò in multas distributa. Posterior species hic expressa minor est, folia habens ubiq; angusta & oblonga, saturato virore splendentia; caules bicubitales, striatos; circa quorum partes superiores, flores prioris satis similes, colore candidi nascuntur.

8

90

14.

Belvedere  
L. Campanula flo cœrul.

L. Campanula flore alba.  
Ge. Cloxens.



## MVLTIPlici FLORE.



Væ hîc species papaveris pleno Flore præditi spectantium obijciuntur oculis. Vtraque constat folijs oblongis, per ambitum serratis, nulloque pediculo cauli adhærentibus: Qui quidem caulis rectus, æqualis, quatuor vel quinque pedes altus, florem profert amplum, latis in ambitu exteriori folijs, & infinitis minoribus coacervatis in medio foliolis repletum candidi vel subalbidi coloris. Semine abundat, quod cum maturuerit, sponte ex fathiscen-  
tibus circa scapum capitulis excidit.

Alterum verò papaver florem non minore magnitudine aut elegantia præmit, ex infinitis quoque foliolis in extremitate scissis plenum, purpurisso vel carneo quodammodo colore tinctum; cui similiter vt priori semen largè in capitulis nascitur.



*L. Papaver flo: multipl.:  
G. Pavot.  
Gc. Heul.*



*L. Papaver flo: plen: jncarn:.*



## LYCHNYS CORON.

FLORE ALBO.

FLORE RUBRO PLENO.

**L**ychnis coronaria folia gerit oblonga, pollicis latitudine aut paulo latiora, mollia, lanosa, cana, Verbasci foliis minora quidem sed candidiora & lanuginosiora; caules cubitales rotundos geniculatos canos quoque & lanuginosos, in plures breves alas divisos; in quarum summo singuli flores, e calycibus suis sed inodari violæ matronalis floribus majores, ex foliolis ut plurimum quinque, rarissime senis nec pluribus congesti; nisi floris foliolis multiplicatis; in medio florum apices sunt acuti & pungentes: radices subsunt tenues. Seritur in Belgeij hortis & per totum ferè æstatem floret.

Lychnis hîc priori loco ponendas florem habet simplicem, colore candidum. Altera verò florem monstrat plenum ex pluribus, foliolis colore rubro & veluti flammeo fulgentibus factum.



*L. Lychnis coronaria flo: rub: ple:.*  
*L. Lychnide.*  
*G. Oillets.*  
*Ge. Christus oogen.*

16.

*L. Lychnis flore albo.*  
*Ge. Himmelröflein.*



17.  
CARYOPHYLLEVS FLOS MINOR,  
ALBVS. COMMVNIS.



Ltera & minor Caryophylleorum species, priori tenuibus caulibus folijsque simillima est, utrisque tamen minoribus; flores habet ex oblongis parvis & teretibus calycibus similes, verum minores & per ambitum magis dissectos ac fimbriatos, plumarum similitudine, unde apud Belgas nomen invenerunt; colore candidos, aut è candore purpurascens, vel ad carneum tendentes. Hanc plantam Veronicam altilem sive coronariam minorem, aut alteram, nonnulli nominant; ob amabilem florum elegantiam omnibus expetitam.

*L. Superba alba*

*L. Superba flo: simp:*



<sup>18.</sup>  
CARYOPHYLLEVS FLOS MAIOR.

ALBVS PURPUR. TOTVS SAN- NIVEVS  
MAC: VARIVS. GVINEVS. PURVS.



Aryophilleo flori maiori caules leues, teretes, cubitales sūt aut altiores, geniculati: folia è singulis geniculis bina, oblonga, dura, angusta, per extremum acumina, colore quasi cæsia: flores pulcri, ex longis, teretibus, denticulatis calycibus, & é senis vt plurimum foliolis, qui simplices sūt; ex pluribus verò multiplices, (ex quibus hīc expressi, triplici colorum varietate differentes, esse videntur) ijsque lentè fimbriatis, multum que incis, commissi: odore admodum suavi, & odoratos Indicos caryophillos referentes; in quorum medio staminei emicant gemini apices candidi: semen in vasculis oblongis paruum & nigrum Radices fibrosæ in plures annos durant, modò contra hyemis iniurias tutæ sint.

74

*L. Caryophilus flore albo punctato.*

*L. Caryophilus flore sanguineo.*

*L. Caryophilus flore niveo.*



## MELANTHION

SATIVVM.

FLORE PLENO.



Res Melanthij species plerique faciunt; nos hîc sativum & aliud pleno flore a Clusio descriptum, exhibemus. Melanthium a sativum vel hortense frutex est pusillus, ramulis tenuibus herbaceis, dodrante altioribus præditus, folijs parvis in tenues & oblongas partes divisis, senecioni herbæ similibus, multò tamen exilioribus. In cacumine ramunculorum flosculi oriuntur quinque foliorum candidi, plura in medio fila habentes, intercursantibus internè distinctionibus loculorum quinque vel sex in summitate extrinsecus corniculatis, in quibus semen angulare, nigrum, acre & odorum includitur.


.. Melanthium verò odorum pleno flore clusio dictum, parum a priori differt; flores tamen ex albo nonnihil virescentes, foliorum numero fœcundiores sunt; ea n. novem decem, plura interdum sibi invicem incumbentia, marginibus quoque aliquantulum scissis, numerantur.

L. Melanthium flore simplici.

19.

L. Melanthium flore simplici








AVTVMNVS.  
HORTI FLORIDI  
RARIORES AVTVMNI

FLORES SVMMA INDVSTRIA  
ET LABORE.

CRISP. PASSÆI FILII.

In ære effictos, & in lucem recens datos continens.



ARNHEMII.

Ex Officina, IOANNIS IANSONII. 1616.

AVTVMIVS

HORTI FLORIDI

RARIORIS AVTVMINI

FLORES ET VITAE INDICIA

ET LABOR

CHRIST. PASCAL. F. S. P.

In officio... et in condicione

AVTVMINI

Ex Officio... et in condicione



Meridies

Orient

Occidens

Septentrio

# CLEMATIDIS ALTERA SPECIES

DOD: FLORE PURPUREO.



Lematis altera à Dodonæo descripta, Græcis quoque *Ἐπιγῆτις* & latinis Ambuxum dicta circa Autumnum ferè floescens, sarmentis in altum assurgit, longioribus, tenuibus, nodosis ac rubescentibus, quibus firmiter instar hederæ, arboribus, alijsque rebus vicinis adheret. Multa illi folia scissa ac divisa, lata, venosa, & Flammulæ prioris non dissimilia; gustu acri ac fervido. Flores sunt magni, & admodum elegantes, ab extremis ramulis tenuibus singuli propendentes; quatuor tantum folijs crucis in formam decussatis, constantes; purpurei coloris, modò ad cæruleum, modò ad rubidum magis accedentis; cuius medullium occupant quædam stamina villosa. Semen est planum, & in capitula rotunda congestum, longâ villosâ reflexâque caudâ exornatum; quod in Autumno maturescit. Radix oblonga, tenuis, obliquas hinc inde spargens fibras flavescentes. In Italiâ & Hispaniâ sponte passim iuxta sepes & vias provenit; apud Belgas verò nostros, non nisi in hortis curiosorum invenitur.



I. *Climatis altera Purpureo flore*  
 Ga. Viorne  
 H. Gornadeta  
 Ga. Brackeryn: ofte  
 Waldecke

## ROSA MOSCHETTA, PLENO FLORE.



Rosa Moschata multiplex pleno flore simplici rarior est; colore candidissimo ac purissimo, odore admodum fragranti (quo tamen à simplici superatur) suavissima, & moschum proximè referens: unde & ei nomen ab Hetruscis inditum, Damascenum hanc nonnulli appellant. Quidam etiam Plinij Corneolam sive Coroncolam, arbitrantur; quam mediâ magnitudine autumnalem, odoriferam, & coronis faciendis aptam, tradit. Spinas habet rariore, acutas admodum & reflexas spadicij coloris. In cæteris ferè cum alijs rosarum stirpibus convenire videtur, nisi quod in Augusto tandem ac Septembri florem emittat. Superant quoque humidæ aëriæ & spirituosæ partes, in Damascenis hisce sive Moschettis, quas cum candidis & dilutè rubentibus prestantiores, Mathiolus scribit: atque ex his eâ de causâ elicitur gratissimi ac suavissimi odoris liquor, ad varios in medicinis usus aptissimus; qui ferè ex alijs rosis inodorus est.



L. Rosa Moschata alba  
 plena flore.  
 I. Rosa Moschata majore  
 G. Rose musquée double.  
 Gr. Duibelde mosfaat Rose.

3

# CHRYSANTH: PERUVIANVM MAIUS

## ET MINVS.



Chrysanthemum Peruvianum Maius, annua quidem sed admodum proccera (unde & Italis planta massima dicta est) stirps. In Peru alijsque Americæ Provintijs repertum fertur. Satum Madritij apud Hispanos, in Horto Regio ad pedes 24. adolevit; at in Italia Patavij altitudinem 40. pedum attigisse scribitur. In nostris a Provintijs rarò admodum unius hominis longissimi altitudinem superavit, aut ad iustam maturitatem florem produxit, etiamsi per Autumnum ad hyemem usque perduret, idque ob insuetam frigoris intemperiem. Caulem promit rectum brachij crassitudine: folia latissima crenatis marginibus: florem Chrysanthemo vulgari aliquatenis forma similem, sed amplissimum, & mirâ elegantiam præditum: Medius siquidem eius discus sive orbis pedem latitudine ad 2. vel 3. uncias excedit, singula verò ipsum orbiculariter ambientia folia, floris Lilij purpurei majoris quodammodo sunt similia, sed maiora, auri luteo colore, quibus tandem deficientibus, relinquit in medio orbe luteo semen oblongum & planum. Radice oritur aliquantulum tuberosâ & capillatâ. Flos etiam ad Solem se convertere dicitur, & odorem non ingratum à se emittere. Minus Chrysanthemum Per: vix ad septem vel octo pedum altitudinem pervenit habet que utrimque exorientes ramusculos, qui & suis interdum floribus ornantur.



L. *Chrysanthemum Peruvianum minus*.  
 L. Tromba d'Amore.  
 P. Gigante.  
 Ge. Grootc sonne bloeme.  
 Sonnenkron.  
 An. Indien Goldt.  
 sonne.



3.

L. *Chrysanthemū Peruvī minus*.  
 Ge. Keyne Sonnenbloeme.

# ARVND<sup>4</sup>DO SIVE CANN<sup>4</sup>A INDICA FLO- RIDA.



Anna Indica, quæ & Arundo Indica, & à quibusdam Cannacorus, quod mediâ inter acorum ac arundinem sit formâ, dicitur; in Belgium ex Indiâ occidentali primùm allata est Flores producit gratissimi ad spectus ex aureo. flammeoque colore, nigris punctis interstincto; idque serius circa finem Augusti, inque Septembri mense: quorum forma ac magnitudo non multum à gladiolo distat: oriuntura, ex scapo arundineo tres vel quatuor pedes alto, lævi admodum & subviridi, digiti unius crassitudinis: unde & ad internodia singula in ambitu folia ampla & convoluta ad instar Acori vel veratri albi perfecti enascuntur. Radix ad similitudinem nostræ vulgaris arundinis vel saltem Hispanicæ, aut etiam Acori aquatici accedit. Seminis loco habet officula rotunda crui magnitudine, sub villosis involucris latentia, à Doctissimo Clusio plenius descripta. Rarò autem sub frigidiore hoc Cælo ad justam maturitatem pervenire multorum opinio est.

4

L. *Arundo Indica florida.*  
 I. *Canna d'India.*  
 G. *Roseau d'Inde.*  
 Ge. *Indiaensch. bloeyende*  
*riet, ofte*  
*Blumenrohr.*



FLOS APHRICANVS MAIOR RARO  
FOLIO.



Los Aphricanus sive Tunitensis major simplex, folijs est rarioribus & latis, colares inter aureum & rubicundum medij, superiori tamen in parte magis & obscurius rubentis; inter quæ media exeunt stamina lutea, densè inter se aptâ rotunditate connexa. In Autumno potissimum viget; aspectu quàm odore incundior; Vnde & medicorum in ditio cautè asservandus, ne suo veneno plus damni, quàm voluptatis, præsertim pueris aut tenellæ ætati afferat. Cæterùm huius plantæ ramusculi, folia, radix, quantum ad formam attinet, non multùm à minoris Africani, hîc in sequentibus plenius descripti, differunt, nisi quod hic flos, ex proceritate atque, erecto caule ad tres vel amplius cubitus assurgens, maioris de coris amplitudine spectantium oculos detineat.

5

I. Flus Apherianus maior  
 I. Garoffano Indiano  
 C. Grand Oeillet d'Inde  
 Ge. Groote Thunus blom, ofte  
 Grof Indifanifch Negelen



## FLOS AFRICANVS MAIOR MVLTIFOLIVS.



Los Africanus maior, plenus sive multi folius, miro colorum splendore superbit; ex folijs n. quàm plurimis, apto admodum ordine in orbem rosæ instar collocatis, inferius luteis, superiori verò parte in fulvo rubentibus, & obscurè rubens holosericum simulantibus, congestus est. In Autumno tandem prodit. & ad hyemem usque perdurat. Planta procera est & erecta, ad quinque vel sex pedes in altum assurgens; cuius ramusculi, folia, radix & semen proxime ad minoris Africani accedunt. Quidam hunc florem Petilium Plinij, alij Lycopersum Galeni; Andreas verò Lacuna Orthonam Diolcoridis, crediderunt. Sed quamvis aliquâ similitudine iungantur, non tamen in omnibus convenire, diligentius horum scriptorum verba, examinanti, facile constabit.



L. Flor Africanae maior multifida  
I. Girifano Indiano maggiore  
G. Grand Oeillet d'Inde double  
Ge. Grote dubbelde Thuniz blom.

7

# FLOS TVNETENSIS MINOR.



Florem Africanum minorem (cuius hic duo sculptæ sunt species, pulcritudine & numero foliorum tantum inter se distantes) Val: Cordus Tanacetum Peruvianum appellat, à similitudine videlicet Tanaceti; & quod hunc ex Peruvianâ Provinciâ in Europam illatum, Germani crederent: Gesnerus verò Caltham Africanam nominat, eò quod ex Africâ, quando Carolus v. Imp: Tunicensi ibidem victoriâ potitus est, in Belgium primùm allatus sit. Planta est humilior, ramulis cubitalibus, per terram plurimâ parte stratis. Folia sunt secundum caules striatos multa, oblonga; ex multis singularibus, per ambitum crenatis, coniuncta; quæ cribri modo soli opposita perforata cernuntur. Flores in summis ramorum surculis, ex longis calycibus, pro quantitate ampli & rotundi, foliolis inferius luteis, superiori verò parte magis rubentibus, & villosum holosericum obscure rubens emulantibus, quorum odor inamabilis, imò noxius. Loco radicis fibræ sunt, quæ hyeme percunt: Semen est nigrum, formâ oblongum & tenue.





L. *FlosTunetensis minor.*  
 I. *Girofani de India.*  
 G. *Ocellata d'Inde.*  
 Gc. *Kleyne fluweel bloemen, ofte*  
     *Indianisch Negelein.*

## MALVA ROSEA MULTIPLEX.



Væ hic malvarum hortensium species exprimuntur: Vna n. florem fert rarioribus folijs, coloris carnei, circa extremitates marginum magis albicantis, puniceis per medium lineis sive virgulis intercurentibus, non ineleganti varietate constantem. Alterius verò flos plenior est, rubicundi coloris, aliquam cum Pœonijs phœnicijs aut rubicundis maioribus similitudinem habens. Vtrique scapus rectus est, qui in altum sex vel septem pedes attollitur; à quo folia satis magna, scissa, in ambitu serrata, & in acutum desinentia, dependent. Cum autem è floribus vel rosis folia decidunt, semen latum, suis in folliculis cascolorum formâ (unde & Belgis Keelkens Kruyt dicitur hæc planta) coactum, conspicitur, quod cum maturuit, caulibus vel scapis interit, qui secundo tandem anno è semine prodierat, & florem in Autumno demum emiserat, Radicem habet longam, crassiusculam, subalbidam, & flexilem; altè in terram descendente, venienti iterum anno novum scapum ramulos, ac folia producturam:

L. *Malva rosea multiplex*.  
 I. *Malva maggiore*.  
 G. *Rose d'outer mer double*.  
 Gc. *Dubbel Winterrosen*.



# MALVA CRISPA.



Alva crispa, à folijs crispatis sic appellata, Cordo verò Lancinata dicta, & ab alijs Maliva crustati oris; licet inter silvestres referatur Malvas, rarò tamen alijs in locis quàm cultis ac hortensibus crescere visa est. In altum assurgit caule recto: folia habet rotunda, sinuosa, lubrica, viroris diluti, quorum margines crenati vel potiùs crispatis. Flores producit in Autumno exiguos, albos, & aliquantulum rubicantes, Radices huic sunt plures, haud magnæ, & minoris crassitudinis quàm sativæ. At quàm utilis sit Malva, & necessaria in communi hominum vitâ, non tantum medicorum scola, sed & nos antiquissimorum poëtarum oracula abundè docent; & in primis illustre illud, Hesiodi: ὄνδ' ἰσται ἴσοι ἐν μαλάχῃ τε καὶ σαφάδιω μέγ' ὄνειαρ.



I. *Malva crispa.*  
 I. *Malva crispa.*  
 G. *Malva crispa.*  
 Ge. *Geironckelhe Malve.*  
 Krauss *Pappelen.*

17

## RICINVS MINOR.



Icenus, Græcis *Κεράρυ*, & Aegyptijs (apud quos etiam hodie copiosè nascitur) kiki dictus, nomen accepit à Ricini animalis similitudine, Procerè magnitudinis est planta; quæ brevi tempore in fidus parvæ altitudinem sese attollit, stipitem habēs in medio hominis longitudine, crassiusculum, arundinis in morem cavum, & nodosum; unde ad singula articulorum interstitia ramuli erumpunt, ex nigro Purpurascentes; e quorum summitate folia propendent instar stellæ in orbem grandia, oblonga, crenata, in acutum desinentia, coloris prasini obscurioris, nonnullam cum folijs ficulnis similitudinem habentia, nisi quod longiora multo ac læviora: cum quibus & alij surculi dodrantales prodeunt, baccis uvæ instar plurimis constipati; quarum flosculi subviridis ac mellini coloris admodum sunt caduci. Fructus a. exterius colorem habet Lividum maculis intercurrentibus notatum; intus candidâ medullâ repletur. At semen triplici involuero & spinis mollioribus munitum, cum corticibus ex vitur recinum, ut dixi in sectum proximè repræsentat. Radix est multiplex, & ex varijs fibris conjunctis constat.



L. Ricinus  
I. Cirafale  
G. Palme de Christe  
Ge. Mollencruye ofte  
Winderbaum.

II  
ADMIRABILIS PERUVIANA.



**H**Æc planta, Hæchel Indi à Peruanis natali in solo dicta, & nostris Admirabilis Peruviana, caulem promit cubitalem, interdum etiam maiorem, pollicati crassitudine, succulentum, firmum, ex veridi flavescens, & in frequentes ramos eosque nodosos divisum; folia in singulorum ramorum geniculis bina, ex adverso semper nascentia, siliquæ tri folijs simillima, succulenta etiam, circa basim ampla, & per extremum mucronata; flores in extremorū ramulorū alii singuli, oblongi, concavi in quinque sinus antequam aperiantur complicati; in obtusos angulos ut convoluoli flores desinētes, Tabaci etiam floribus ampliores; elegantissimæ interdum purpurâ vel Cocco nitentes, aliquando flavescens vel exalbidi; & sæpissimè binis coloribus simul elucescentibus, vel purpura mediam floris partem occupante, vel virgatim totum florem intercurfante, vel radijs alternis modò flavis modò purpureis totum distinguentibus; aut interdum magnis, nonnunquam exiguis purpurantibus maculis; oblongis quoque staminibus stiloque paulo longiore è medio flore emergentibus decori; sed admodum caduci cum sint, nec ultra diem perdurent; nihilominus ab Julio ad Octobrem usque mensem numerosâ florum sobole hæc planta luxuriare solet.



L. *Flos Mexicanus*.  
I. *Gelsimino Indico*.  
Ge. *Lafmya van Indien* ofte.  
Ge. *Gefcheket Indianisch blum.*


G. *Merveille d'Inde* <sup>11</sup>  
a diverses couleurs.



181  
PETVM MAIVS, SIVE LATIFOLIUM.



Etum hoc nostrum Peruvianum latifolium, ad discrimen minoris, quod est angustioribus folijs, dictum; à quibusdam mas vocatur, ideo quod sit dignius & maiori in pretio habeatur. Annuæ hæc ut plurimum at nihilominus procera est planta, utpote quæ ad quinque vel sex interdum pedes attollitur; caulem habens satis firmum, molli incanâque lanugine hirsutum, per quem alternatim hinc inde sparsa folia Hyoscyami flavi folijs maiora, Lapathi vero non multum absimilia, sed latiora, molliora, dilutè virentia, tenuique lanugine quasi pubescentia, atque adeo arctè ramis adherentia, ut eos complecti velle videantur. Summus caulis in aliquot ramulos inflexos dividitur, qui calyculos ferunt in quinque cuspides satis firmas desinentes, in quibus flores cavi è Purpurâ pallentes, sed circa extremas margines ferè alben-tes; atque in quinque mucronatos angulos desinentes circa Autumnum nascuntur: Floribus succedunt bullata capitula femen subflavum continentia. Radix satis crassa, & in plures minores propagines divisa.



L. *Hyoscyamus Peruvianus*  
I. *Negundo*.  
G. *Negundo*.  
Ge. *Tobacco* ofte  
Bissen cruyt van Peru.

73

CYCLAMINOS ITALICA ROTVNDIFOLIA.



Cyclaminus Italica, quæ etiam à non nemine Romana dicta est, quod in locis Romæ vicinis frequentior invenitur, ex radice rapi in modum rotunda tenuibus nigricantibusque fibris præditâ, multa circumscripta propemodum rotunditatis, vel potius cordis figurâ profert folia, leviter in ambitu crenata palmari ferè magnitudine, superne jucunda varietate, nunc levioris nunc obscurioris coloris, (quorum tamen medietas ad nigredinem accedit) virentia, infernè æqualiter purpurascens, humi jacentia & expansa; flores in oblongis pediculis unico folio, sed in quinque profundas lacinias diviso, sic ut plura videantur, constantes, quæ sursum cum sese explicare incipiunt, reflectuntur, plenè purpurascens, odoris suavissimi; qui cum evanescere incipiunt, integri decidunt, capitulumque subsequitur secum pediculo cui insidet in multas spiras convolvens, donec terram attigerit, atque ibi paulatim augetur, & violæ Martiæ seminarium vasculum æquat, quod maturitate ab extremo mucrone aperitur, semenque ostendit inæquale ex fusco purpurascens.

L. *Cyclaminos Italica rotundifolia.*  
 I. *Pan porcino.*  
 G. *Pain de porceau.*  
 Ge. *Verckenbroot.*  
 Erdapffel.



## CYCLAMINVS FOLIO HEDERAE



Yclaminns à circulari seu rotundâ radicis formâ nomen accepit; dicitur eti-  
 am terræ tuber, & terræ rapum, Gallis panis porcinus, non tamen satis apte  
 cùm radix Cyclamini porcis sit noxia. Nascitur verò locis umbrosis, sub ar-  
 boribus maximè; folijs hederaceis in ambitu nonnihil crenatis, pulcrâ ma-  
 cularum picturâ; alternante colore, nunc dilutiore, modò obscuriore, viren-  
 tibus, ac circa terram repentibus: caule longo digitorum quatuor, nudo,  
 folijsque carente; in quo flores ex remissione purpura albescentes exigui odoris. Radix exte-  
 rius nigra, intus candida, rapo similis, in latitudinem se pandens; quæ cùm arefcit, rugas con-  
 trahere solet. Folia nonnunquam sub Augusti finem amittit, ac nova subinde producit, inter  
 quæ flores se proferunt integro durantos Autumno.



L. *Cyclamen folio hedone.* 14  
I. *Pan porcino.*  
G. *Pain de Porceau.*  
Ge. *Verckens broot met veylbladeren*  
*Erdſcheib.*

15

NARCISCVS AVTVM: MAIOR LVTEO FLORE.



Arciscus Autumnalis maior Clusij è radice prodit rotundâ & bulbosâ foris nigricante cortice seu membranâ obductâ, intus albidâ, fibras carnosas ex inferiori sede diffundente. folia a. edit Leucoij bulbosi vulgarioris ferè effigie reflexa, nitidâ saturitate virentia, ac nervo per mediam longitu dinem distincta; Caulis inter illa locatur brevis; extollens circa Septembrem mensem florem Colchici æmulum (ad cuius etiam familiam pertinere videtur) flavi coloris, quinque vel sex carnosis folijs, totidem stamina tenuia, apicibus obliquatis luteis fastigiata, ac stilo prominentiori circumiecta, fulcientem. Semina nondum obvia fuerunt. Hunc ego verum Theophrasti Lirion vel Narcissum Marcelli Virgilij esse puto. Narcissus verò Autum: flore multiplici parum à Narcisco Autum; priore discrepat, nisi largiore foliorum numero, quo gratiam sibi maiorem conciliat.



L. Narcissus Autumn: maior flore luteo.  
I. Narcisso de Autunno mag.  
G. Narcisse d'Autumne.  
Ge. Grosse herbst-Narcissen.

Ge. Dubbelde groote herfst-Narcissen.




## HYACINTHVS AVTVMNALIS.



Yacinthus Autumnalis sive serotinus folijs est oblongis cavis, augustis, parvulis, coloris porracei, cauliculis brevibus, tres aut quatuor digitos altis, flosculis in summo raris, cæruleis; staminibus in medio exiguis. semine in siliquis triangularibus exiguo, nigri coloris: radice parvâ & bulbosâ. Nascitur frequens in Gallijs circa Lutetiam. Et incipit florere in exitu æstatis, Augusto & Septembri mensibus; unde & merito Autumnalis nominatur, neque aliud eius nomen adhuc audivimus. Duo eius sunt genera: unum, crassioribus longioribusque folijs numerosiore flore, ac bulbo maiore; unde & Hyacinthus Autumn. maior dicitur: alterum minora omnia habet & rariora; unde & Hyacinthus minor audit, cuius caulibus floribus plenè purpureis tanquam racemus onustus, priusquam folia nascantur, è terrâ non ineleganti prodit spectaculo.

L. Hyacinthus Autumn minor.  
 G. Variet. d' Automne.  
 Ge. Klein herbst Hyacint.  
 Cleyu Hyacint vā dē herffl.

L. Hyacinthus Autumnalis,  
 sive serotinus maior.  
 I. Cipolle camino  
 d' Autouno.



## P A R T H E N I V M.



Arthenium officinis Matricaria (cuius hic duo exhibentur genera præcipuâ in floribus differentiâ) seriùs provenit, & veniente Autumno potissimum floret; multis a. fruticat ramulis pedibus viridibus, quos ambiunt folia Anthemidi omnino similia, multiplici incisione divisa. Flores esummitate ramulorum prospiciunt, habentes in medio capitula mellini coloris, in circuitu pluribus foliolis candidis ornata, haud dissimiles Chamæmeli floribus. Radicis sunt duriores, & in fibras tenuiores desinentes. Estque tota hæc planta gravis odoris, & saporis amari. Parthenium vero pleno flore præditum à Clusio descriptum, parum discrepat à vulgari, nisi quod flores multiplici foliorum numero constant, nullo aut perquam exiguo in medio aureo disco, minus quoque habeant odoris. Lætius crescit ex plantâ aut radice quàm semine. In Britannîâ abundat, quod ab arte & indultriâ fieri videtur; quandoquidem plura inde florum genera multiplici foliorum serie constantium primum in vicinas Provincias traducta sunt.

L. Sofis oculus  
I. Marcella  
G. Maroine

17

L. Parthenium ple.  
Ge. Matercruyt ofte  
(Mutterkraut.)




## COLCHICVM VVLGARE.



Colchicum vulgare hic depingitur duum generum, remissè purpurascens unum, album alterum; sed præter colorum & radicis discrimen, exigua est differentia: Sic ferè à Dioscoride describitur: Colchicon, aliqui Ephemeron, sunt qui agrestum bulbum vocant, Autumni exitu florem edit Croci, candidantem: ab eo tempora folia Bulbi, sed pinguiora. Caulem palmato al-  
 rum ferentem rufum semen; radicem foris è nigro rufescentem. quæ deli-  
 brata, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet. atque gustu dulcis invenitur. Ea co-  
 mesa Fungorum more, strangulando necat. Bulbus eius mediam habet rimam, quâ flos-  
 erumpit, Dodonæusa. folia atque semen præcedere, ijque deficientibus in Autumno de-  
 mum flores plures ex teneris pediculis nullo foliorum ornatu nudos prodire, scribit. Radi-  
 cem quoque albi colchici omnino candidam esse & innoxiam à Valerio Cordo descriptam  
 tradit.

L. *Hermodactylus*.  
Ge. Weiß Zeitlofen.

L. *Colchicum purpureum*.  
I. *Colchica*.  
G. Tuedien.  
Ge. Zeitlofen.



## COLCHICVM BYZANTINVM, ET RETICVLATVM LVSITANICVM.



Colchicum Byzantinum latifolium multiflorum, cuius acutissimus naturæ mystes C. Clusius meminit. In Autumno, ex nudo caule, in pediculis crassiusculis flores producit plures, vulgaribus maiores, ac Lilijs pumilis æquales; colore exterius magis diluto, intus verò saturatiore purpureo, venis quibusdam in longitudinem intercurrentibus; radix pugno maior, unde vere incipiente oriuntur tria quatuorûe magna folia, in se instar veratri foliorum convoluta, sed magis saturati viroris; Colchicum adiunctum Lusitanicum florem habet Byzantini non adeò dissimilem, nisi quod sit minor, & Fritillariæ in morem reticulatus, vel maculis veluti obscure rubentibus variegatus, iucundâ oculos spectantum puncturâ mirè ad se attrahens, odore licet perquam exiguo vel nullo.



L. Colchicum Byzantinū multiflorum.  
Ge. Colchicum van Constant met  
brede bladeren.

L. Colchicum Iustanic reticulatum.  
Ge. Portugaelsche Colchicum früllare gelyck.



COLCHICVM. FLO: COLCH: COLCHRE VERSICOLORE.  
MONTANVM. LVSITAN.




Colchicum flore versicolore, radicem habet magnam, & serius post alios, tres quatuorue ex brevi scapo secundum terram producit flores, foliolis rotundioribus obscurioribusque; horum tria interiora ex purpurâ rubescunt, & reliqua exteriori parte lactis candorem retinent, interiore verò radijs punctisque violacei aut coccinei coloris intercurrentibus variantur. Ab hoc differt Colchicum Hispanicum Montanum, quod in Septembri promit florem, sex longiusculis & tenuibus folijs ex purpurâ rubentibus; quem subsequuntur tria, vel quatuor folia digitali longitudine carinata, circa terram se spargentia, plenâ primum viriditate nitida, inde ruffum colorem imitantia, quæ per hyemem durant ad Maium usque sequentis anni; tunc n. semen globosum fulvumque maturefcit. Radicem autem habet bulbosam, spadicei coloris tunicis vestitam; intus albam, solidam, dulcem. Nec per omnia huic convenit Colchicum Lusitanicum serotinum; cuius flos ex albidus; perlucidus, ad supremas margines coccino notatus, cætera Byzantino propior.

L. *Colchicum hispanicum montanum*.  
Ge. Spaensch Berch Colchicum.

20

L. *Colchicum flore versicolore*.  
Ge. Colchicum met verscheide vervige bloemē.

L. *Colchicum lusitan: serotinum*.  
Ge. Spade portugaelche Colchicum.



HYACINTHVS HISPAN: OBSOLETIOR HYACINTHVS  
BRVMALIS.



Yacinthus Hisp. obsoletior constat quinis aut senis folijs oblongis, carinatis, succi plenis, colore ex cinereo virescente, flexibilibus, per extremum rotundis & mucronatis, candida linea interius per longitudinem excurren-  
te: caulis è medijs folijs prodit pedali longitudine, denos, duodenos, aut plures flores per intervalla ferens deorsum spectantes, Hyacintho Belgico, si-  
ve non scripto Dodonæi propemodum similes: color in ijs admodum ob-  
soletus, ex purpureo, pallido & virescente permixtus, nullus odor: semen fert in capitulis pla-  
num, nigrum, cartilagineum, circinata ferè rotunditatis: radix globosa & rotunda, multis  
candidis tunicis involuta, & numerosis fibris sessili in parte prædita est. Serò germinat, &  
folia per Autumnum servat.

Hyacinthus Brumalis orientalis, cum orientali exalbido in plerisque convenit; sed cum  
hyemcè terrâ prodit, & caulem per medias nives extollit; Folia habet succulenta, & ferè  
semper erecta; flores fert circa finem Decembris candido colore amabiles, sed in ipso ortu  
paululum circa margines purpurascens. Radix sub est bulbosa, intus candida, subruffo ex-  
terius obducta colore.

98  
I. *Hyacinthus Hisp* : obsoletior.

21

Ge. Wynterschen witten orientael  
*Hyacinth*.

L. *Hyacinthus brumalis* . lobely



## COLCHICVM NEAPOLITANVM, ET POLYPHYLANTHES.



Colchicum à Colchideregione in quâ copiosissimè provenit, dictum est. Huius multa, sive ab arte, sive à loci aut cæli mutatione, varietas; quod & ex superioribus folijs, ut hoc præsentia pertinet. Colchici n. Neopolitani flores licet violacei vel dilutioris vel plenioris sint coloris, quemadmodum vulgaris, folia tamen habent longiora, & si ad solem spectentur perlucida, reticulataque instar Fritillariæ, flammei coloris. Colchicum verò Polyphy-lanthes pleno admodum flore lætius, è Germania allatum, & in amœno com. Arenbergij vi-ridario à Doctis. Clusio descriptum florem fert non multum colore à vulgari differentem, sed viginti pluribus folijs arctè inter se connexis, quorum sex postrema cæteris longiora at-que tenuiora sunt, luxuriantem. At bulbus cum ætate foliorum in floribus numerum au-gere, perhibetur.

L. Colchicum Neapolitanum  
Ge. Colchicum van Napels.

22

L. Colchicum polyphyllantes  
Ge. Dubbel-bloemige Colchicum.



## CROCUS SATIVVS. ET MONTANVS PRIMVS.



Crocus sativo folia sunt oblonga, perquam angusta: flores pulchri, colore caeruleo, Colchici floribus similes, sed magis saturatâ purpurâ nitentes; & in singulis stamina oblonga terna quaternave colore flammeo subrubentia odore cum inaruerint forti, & caput implente; quæ cæteris partibus præferuntur, colliguntur, & Croci nomine vel sola veniunt: radix subest bulbosa, carnosa, copiosa, & vivax. Autumno Crocus florere incipit, statim ut Theophrastus ait, primis imbribus Vergiliarum occasu. Florem edit ante folia, quæ mox sequuntur, & hyeme totâ virent, æstate nullibi conspicua. Seritur depositis radicibus bulbis.


Alter crocus hic expressus est ex silvestribus montanis, habetque folia sativi similia, sed lineis candicantibus per longum currentibus distincta, florem quoque minorem & dilutioris coloris, in Novembri mense maximè conspicuunt.



L. Crocus  
I. Zaffrano  
G. Safran  
Ge. Saffraen.

23

L. Crocus Montanus  
Ge. Berch herbst  
Saffraen.



## CROCVS BYZANTINVS CROCVS MONTANVS HISPAN.



Rocus Byzantinus Autumnalis, (Crocum montanum tertium vocant alij) ex genere silvestrium, flores profert plures in Octobri mense, nullius ferè odoris, singulos foliorum sex, quorum tria interiora haud ita ut reliqua longa, colore subalbido, & cum tempore aliquantulum ad cæruleum declinante; in quorum mediò tria stamina lutea, inter quæ stilius exoritur trifidus, itidem luteus. Postquam verò flores defecerunt, ex radice sex vel plura folia de tenui involucro, in quo flores antè latuerant, prodeunt, paulo latiora & lineis candescentibus variegata. Radix autem pollicari ferè crassitudine rotunda, candida, solida, subrufâ tuniculâ cincta, fibris in sessili parte pluribus donata est.

Byzantino jungitur hic secunda croci silvestris montani serotini species, florem ex brevi caule promens nudum Colchici instar, violacei propemodum coloris, nitore & odore gratissimo, spectatores non sine in credibili voluptate detinentem.

L. *Crocus Byzantinus*  
Ge. Berch Saffraen van Constantinoplen

L. *Crocus Montanus hispan.*  
Ge. Purper Spiens Berch Saffraen



25

NARCISCVS INCOGNITVS CLVITSY.



Arciscus hic incognitus, à nemine quod sciam præterquàm à Clutsio, neque id dum plenè descriptus, mihi à Petro Peretto Pharmacopæo Amstelred: exoticarum plantarum curiosissimo exhibitus, planta est exotica, & nostris fere hominibus invisa, quæ ex vaginâ pollicem p. m. crassâ, solidâ, coloris viridis diluti, quam ambiunt quinque vel sex larga, lata, duraque folia. cauliculos profert 14. vel 15. numero; ij singuli suis floribus ornantur coloris cyanei, Narcisco tertio Mathioli, vel lilijs Ephemericis non multum dissimilibus duobus intus staminulis veluti corniculis candidis luteos apices subinentibus, conspicuis. Radix bulbosa est, magnitudine pugni virilis, parum à radice communis Narcisci distans.

L. *Narcissus marinus exoticus*. 25  
Ge. Vremde zee Narcis.



RADIX VTRIVSQUE CYCLAMINI, SVpra DESCRIPTI.




Cyclamini radix magni semper à Medicis facta fuit, propter usum eius in re medicâ non vulgarem. Quare & nos eandem utriusque generis hic expressimus, ut non tantum florum amatores, sed & Medici, Botanici, ac Pharmacopæi meliùs eam dignoscere possint, cum exsiccata rugosa admodum sit, & cognitu difficilior. Primi generis à Dodonæo descripti radix est rapi forma in latitudinem se pandens, nigra, glabra, terrestris, & paululum nitens, unde protinus flosculi prodeunt suis è pediculis. Alterius verò ab hâc distat nitore, proferens caules perbreves, unde folia & flosculi oriuntur, estque coloris subnigri ac ruffi. Vires harum radicum adversus venena se extendere dicuntur, & parturientibus prodesse.

L. Bulbus Narcisci Marini.


Ge. Den Bol van den  
Indi:Zee Narcis.







12  
L. Radix Cyclamini folio hederæ.  
Ge. Eertrape.



29  
fol.  
L. Radix Cyclamini præcociſ five Italici  
Wortel van het ronde Italiaens verckens broot.



Falta aqui o front. da  
parte relativa ao Invenção, com o texto  
do stamp n.º 1.

1. d



L. Piper montanum .  
 I. Olivella .  
 G. Laureole .  
 Ge. Klein Lawerbaum .



L. Mezercon .  
 G. Boys gentil .  
 Ge. Kellerhals ofte .  
 Boeren peper .

5  
VERATRVM NIGRVM.



Veratri nigri prima species hic expressa, nascitur in collibus asperis & sitientibus; folia habens ex pluribus oblongis collecta, quorum singularia sunt dura, glabra, & formam quodammodo Laurinis similia, nisi quod multis à medio ad extremum divisuris incisa. Circa finem Decembris flores ex ipsis promittuntur radicibus, brevibus insidentes pediculis, initio candidos, inde non nihil purpurascens, tandem verò in herbaceum colorem desinentes, plurimis in medio filis circa extremitatem flavescens, ornatos, quorum in centro semen in folliculis oblongis gignitur, quatuor aut quinque simul coniunctis Sefami modo: radices multae instar fibrarum sunt, nigrae, & tenues in medio nervos habentes, quae eximiam purgandi vim obtinent.

d. 2

L. *Helleborus niger*.  
 I. *Elleboro nero*.  
 G. *Viraire noir*.  
 Ge. *Christwurtz*. *ostz*  
*Swart Nieseruyt*.



3  
PSEVDOHELLEBORVS NIGER.



Seudohelleborus niger, Consiligo Plinij à quibusdam creditus, Helleborastrum quoque dicitur, & in multis cum Veratro nigro vero convenit: folia tamen habet minora & nigriora, marginibus serratis; caulem verò pedis longitudine, circa summitatem in plures ramulos divisum, ex quibus Flores quàm verì veratri nigri minores, ex viridi diluto colore, circa margines foliorum nonnihil flavescences, deorsum dependent; stamina in medio plura, mellini coloris nodulis onerata, habentes, in quorum centro siliquæ tres quatuorve oriuntur, quibus semen, cùm maturuerit rotundum & nigrum, continetur, Radix etiam est ex multis fibris sed tenuioribus & minus attris intricata & contexta.

3.d

L. Pseudo Helleborus niger.  
Gc. Elleboro nigro.

L. Ellebore noir bastard.  
Gc. Wrangecruyl.



4

LEVCOIVM BVLBOSVM TRIPHYLLON, TRIVM GENERVM.



Leucoium triphyllum bulbosum, ex unaquaque radice circa Februarium mensem bina producit folia, oblonga, tenuia, ex viridi albescentia, Pseudonarcissi flore luteo folijs, quantum ad colorem, non admodum dissimilia; & cauliculum è medio foliorum exeuntem palmarem & nudum; membranæ folliculum extremâ parte ferentem, è quâ flos unicus nutans & pendulus erumpit, sex candidissimis folijs constans, quorum tria externa omnino nivea, alijs longiora latioraque sunt, tria interna breviora, & bisulca, virescente limbo extremitatis ambiente: medium florem plura staminula crocea stilusque exilis candidus, occupant; flori succedunt membranæ capitula, olivæ virentis formam propemodum exprimentia, in quibus semen continetur. Radix bulbosa est, multis candidis tunicis (extremâ tamen parte fuscâ) constans, sessili parte multis tenuibus fibris prædita; quæ facillè multiplicatur, & alios à se bulbos generat. In Italia frequens est, hic nisi in hortis curiosorum minimè invenitur.

Leucoium bulbosum Byzantinum præcox, binis quoque folijs prodit sed latioribus, cauliculus etiam crassiusculus unicum fert incundi odoris florem, superiori similem, sed maiorem, tribus externis folijs alarum modo expansis planè niveis, interioribus vero brevioribus simul coniunctis & veluti tubulum efficientibus, magna ex parte virescentibus, deinde circa oras albis, quas tamen extremas virides maculæ inficiunt.


Tertium genus cum præcedentibus in plerisque convenit; nisi quod plura habeat folia & flores lincolis nonnullis diversitatem præ se ferre videantur.



L. Leucoion bulb.  
Triphyllon.  
G. Wige Tyde:  
lofen.

L. Leucoion Triph.  
Byzant.

L. Leucoion secund.  
Dod.



ACONITVM HIEMALE, <sup>5</sup> VEL LVTEVM MINVS.



Conitum à colle quodam Aconiti, qui est prope Heracleam Ponticam ubi Hercules Cerberum, è cuius spumâ Aconitum natum est, ex inferis extraxit, nomen habere, veteribus persuasum fuit. Luteum verò Aconitum minus, hic descriptum, incipiente anno, non admodum à terrâ se extollit, neque alios profert cauliculos quàm quibus folia adherent, breves, vix palmares & tenues; Et è singulis singula nascuntur folia, rotunda, & radiorum instar profundè crenata; quorum è medio interdum flosculus pròdit exiguus, Ranunculi, fere similis, nisi quod capitulum non habeat, sed eius loco tres vel quatuor folliculos, in altum erectos, in quibus semen latere solet. Radix est crassa, nodosa & veluti articulis distincta, acri admodum saporis: è quâ pediculi oriuntur qui folia sustinent. In locis montanis & collibus Italiae, ac potissimùm circa Patavium abundat.

5.d

L. Aconitum lut : hyem :  
G. Tue lup jaune.  
Ge. Winter geel Wolfswortel.



## HEPATICÀ TRIFOLIA, RVBIDIS ET CAERVLEIS FLORIBVS.



Epatica trifolia (aureum ab alijs trifolium dicitur) herba est nullo scapo prædita, sed ex radice varijs fibris hinc inde dispersis, multiplici, folia statim tenuibus & teretibus cum cauliculis promit, Asari folijs non multùm dissimilia, nisi quod ternis incisuris, ita ut trium foliorum instar videri possint, distinguuntur; inter quæ similibus è cauliculis, vix dodrante longioribus, ex viridi purpurascensibus, singulis, singuli nascuntur flosculi, Ranunculi vel stellari formâ, sex pluribusve foliolis constantes. & in medio siliquas, erinacei formâ, paucis candidis filis circumdatas, habentes, ex quibus semen subalbidum cum maturuit, spontè profilit: In Februatio aut Martio mensibus lætâ varietate spectantur, vix aliâ quàm colorum inter se differentiâ luxuriantes. Hic verò duùm generum flores unius rosei, alterius cyanei diluti coloris, exhibentur.

L. Trifolium aureum.  
 I. Herba Trinita.  
 G. Hepatic fleur rouge.  
 Gc. Guldten Klee.

L. Hepatica Trifolia  
 caeruleo flore.

6 d.



7

CROCUS FLORE ARGENTEO STRIATO CROCUS AVREO  
STRIATO FLORE.



Rocus hic latifolius in numero silvestrium habetur, & promit incipiente anno folia, quàm sativus Crocus breviora, cæterò quin ferè similia; flores verò duos trèsvè, sex folijs, interdum etiam pluribus, constantes, orbiculato propemodum mucrone, colore argenteo, tribus aut pluribus violaceis lineis vel strijs exteriorum foliorum superficiem distinguentibus, qui tria quoque intus stamina flavescentia, triangulare item capitulum rotundo rufoque semine plenum, continent. Radix bulbosa est, plana, solida, aliquot tunicis obvoluta, colore foris cinericeo, intùs candido, fibris exalbidis sessili parte donata. Hì flores interdum duplicato aut triplicato foliorum numero, eleganti sanè formâ, ad maiorem spectatorum delectationem, prodeunt.

Croci vernalis aureus flos, violaceo admodum saturo, & nigro purpurascente colore, striatus, elegantia suâ oculos spectantium detinet; qui quantum foliorum numero accedit, tantundem gratiæ suæ addere, creditur: bulbus eius reticulatus esse videtur, globum obscurioris coloris reti inclusam exprimens.

L. Crocus flore argent:  
violac: lineis striato.

L. Crocus arg: striato  
polyphyllo flore.  
Ge. Saffraen met dubb:  
argentin: gestrep: blu::

L. Crocus flore aureo  
purp: striato.  
Ge. Saffraen met gontgeel  
gestrepte bloemen

L. Crocus pleno aureo  
flore striato.



PSEVDONARCISSVS LVTEVS MAIOR HISPAN. NARCISSVS  
PVMILVS.



Vteus Pseudonarcissus silvester, vel maior Hispanicus, folia porri aut Narcissi similia promit, sed breviora, latiora, & magis erecta: caules dodrante maiores, atque in singulis flores singulos, Narcisso quoque formâ similes, sed maiores, & medio eorum calyce longiore, oblongioris calathi similitudine, colore per totum croceo, absque odore: capitula rotunda, oblonga, in quibus semen. Radix est bulbosa, & sessili parte plurimis fibris crassioribus terræ firmatur. Crescit ibidem in locis montanis, & apud nos in hortos translatus floret Februario mense.

Narcissus verò Pumilus, vel minimus montanus, in Hispaniâ quoque frequens est, & quantitate tantum à maiori differt.



8. d.

*L. Narcissus pumilus.*

*L. Pseudo-Narcissus lisp: mai*  
*G. Coquelourde.*  
*Ge. Geel'Hyloofen.*



9  
PSEVDONARCISSVS IUNCIFOLIVS FLORE LVTEO: PSEUDO-  
NARCISSVS FLORE ALBO.



Seudonarcisso iuncifolio minimo Montano hic expresso, folia sunt oblonga, angusta, crassa & propemodum rotunda, iuncis cum laevore, tum colore, & quodammodo flexibilitate similia; inter quæ medius exit caulis tenuis, in summo cuius, flosculus, campanulæ ferè instar, per rotum luteus, marginibus extremis simbriatis & leviter crenatis. Radix verò bulbosa & magnitudine nucis avellanæ, candida, tenui membranâ nigrâ integitur. In Hispaniæ montibus spontè nascitur, & in Belgij hortis jam spectatur.

Pseudonarcissus alter hic delineatus ex iuncifolijs minimus est, flore albo, qui à luteo minimo parum differt, sed magis exilis, & ferè unicus è cauliculo tenero vix dodrantali oritur.

113  
35  
L. *Pseudo-Narcissus juncifolius*, min: flor: lut.:  
Ge. Geele Narcissen met bieflader:.

L. *Pseudo-Narcissus juncifolius*, d. 9  
Ge. Witte Ionquillos.



10

DENS CANINVS, ALBO FLORE. DENS CAN: RVBRO PUR-  
PUREO FLORE.



Ens Caninus sive dentalis bina plerumque promit circa mensem Martium vel etiam marturius folia, rarò terna, ad Allij ursini foliorum formam valde accedentia, at crassiora & magis carnosà, multis magnis maculis ex atro purpurascensibus aspersa, basi angustâ paulatimque in latum extensâ, deinde sensim in mucronem desinentia: his explicatis, flos sese conspicendum præbet, dodrantali pediculo enodi & purpurascens innitens, sex folijs oblongiutculis constans, deorsum inflexus & spectans, qui tepore aëris Solis radijs excalecti sese explicat, foliaque sursum reflectit Cyclamini modo, flori succedit capitulum trigonum, continens aliquot semina oblonga, gracilia flavescens colore. Radix bulbosa sed oblongior & infimâ sede crassior, multisque candidis fibris stipata, & appendice quadam planâ, unicâ, aut pluribus donata.

Duæ hic expressæ sunt species, exiguâ præter colorum in floribus diversitatem, differentiâ; nam prioris flos maior & totus fere lacteus, interdum etiam mixtis ex purpurascens & albo coloribus, senis intus staminibus candidis in atros nodulos desinentibus & stilo trilulco constat. Posterioris verò, elegantiori dilutionis purpuræ colore nitescens, nullâ quidem odoris, sed plurimâ coloris & macularum gratiâ commendatur.


L. *Dens Caninus rubro flo.*

L. *Dens Caninus albo flo.*



## HYACINTHVS BOTRYODES.

**T**Ria hic genera Pseudo hyacinthi Botryodis, à floribus concavis ac tumentibus in racemi modum, extremo caule congestis, sic appellati, describuntur. Primum crassioribus & longioribus est folijs, florumque racemo oblongiore, densiore, & odoratiore colore admodum saturo. Secundum verò brevioribus latioribus & firmioribus folijs, quæ humi ut prioris, diffundi non solent, sed erecta sunt: huius flores licet similes sint formam superiori, longè tamen ad spectu elegantiores, dilutioris purpuræ ad cæruleum tendentis colore præditi sunt. Hoc genus spontè hic non nascitur, sed ex Tyrolensi comitatu delatum esse fertur. Tertium genus flore lacteo est, qui à superioribus formam minimè differt, at nullam vel perquam exiguam odoris gratiam commendatur, caulemque habet ex albidum, folia dilutius virentia, & quasi pallascentia. Omnium semina triangulis quibusdam vasculis continentur rotunda, nigra, exigua. Radix a. seu bulbos plurimos exiguos bulbulos in ambitu deponere solet.



L. Hyacinthus  
botryoid: vulg:  
G. Barreletz

L. Hyacinthus  
botryoi: cerul:.

d. II.  
L. Hyacinthus  
botryoi: lact.

HYACINTHVS GERM: HYACINT: POLYLILIFLORVS STEL-  
LATVS: ATHES. CINERITIO FLORE.



**I**N hortis gratiam quoque invenit pseudo hyacinthus, qui à floribus radiatim expansis, & in stellæ formâ decussatis, stellaris cognomen apud reiherbariæ studiosos obtinuit; cuius hic duo sunt genera expressa. Prius à foliorum in floribus formâ & loco ubi frequentius nascitur, Liliflori & Germanici nomine dicitur; cæruleum florem reliquis maturius proferens, & in triangulis vasculis semen ferens, non atrum, ut cætera genera, sed fuscum duntaxat, & veluti fuligine infectum. Radicis bulbus est exiguus, folia sunt paruula, angusta, cauliculus brevis. Posterius verò floribus medio inter cinericeum & cæruleum colore coronæ instar abundantius, ob gratiam suam fecunditatem polyanthes merito cognomine superbit.



d. 12.

L. Hyacinthus Germ. Laliflo:


L. Hyacinthus polyanth.  
cinerit. flo.





ALTERA PARS

HORTI FLORIDI IN-  
QVA PRÆTER FLORES, VARIA  
ETIAM REPERIUNTUR ARBO-  
RVM FRUCTIFERARVM, FRUTICVM,  
PLANTARVM QVOQUE ET HERBA-  
RVM MEDICINALIVM GENERA.



Per CRISP. PASSEVM in lucem, edita.



## AD LECTOREM.



*Hortus, benigne lector, hortum priorem, tot florum varietate conspicuum, tot colorum mixtura varium, tantaque diversitate formarum commendatum, ingredi hunc alterum, qui non minore voluptate te afficere poterit, abundantem non tantum florum delitijs, sed & frugum, fructuum, herbarum, fruticumq; copia; adeo ut nihil desideres, praeter unum odorem, quem tamen diuturnitate sua largè compensat. Habes n. totius anni flores herbas, fruges & fructus, in unum eumq; exiguum locum veluti compendio coactos, nullis frigoribus, nullà hyemis aut ventorum intemperie obnoxios; tutosq; ab omnibus vermiculorum ac animantium reliquorum, insidijs, a vetustatis corruptione liberos; at semper in eodem decore constanter permanentes. Non hic avium rapacitas, quadrupedum gulositas, neq; reptilium depastio metuendus. Spontè omnia proveniunt & perennant, nihil fossione opus habet, nullà rigatione, nullà insitione, nullà stercoratione aut purgatione indiget; nullaq; insuper huius horti timenda sterilitas est; qui semel Passæi labore consitus, aternitatem secum adducit. Hoc igitur persfruere perpetuò florente, & paruo aere constante; & auctori similia aut meliora vobis paranti, faue.*

QVAMVSMELON FLORE SIMPLICI



COGNOSCITE LILIA AGRI  
 QVOMODO CRESCANT, NON LA  
 borant, neque nent: attamen dico vobis ne  
 Salomonem quidem in vniuersa gloria sua sic a  
 mic tum fuisse, vnum ex his. *Matth. 6. cap.*

*Formulis Crispiani Passæi et Joannis Walduelij.*

I.

## CHAMAEMELON FLORE SIMPLICI.



Hamameli herba vulgaris licet sit, ejus tamen flores non vltima laudem, cum ob formā, tū ob aptissimum Medicinæ usum, merentur. Nomē verò inde procedit, quod in floribus mali odor deprehendatur, ex quo fere verum & legitimum esse Chamæmelum conijcere licet, quod & ipsæ facultate levidentiùs ostendunt. Lassitudini, si quid aliud cum primis confert; doloresque sedat & mitigat; præterea tensa remittit & laxat, ac teste Dodonæo, mediocriter dura emollit, constipata rarefacit; nihilque notius aut frequentius in pharmacopolarum officinis occurrit; omnium quippe medicamentorum ferè præludium, & graviorum purgamentorum præparamentum in se continens.

II.

## OXYACANTHA SILVESTRIS.

Oxyacantha ab acutis videlicet ramulorum spinis sic dicta, nascitur passim in fructetis locisque asperis, silvestri ferè pyro similis, nisi quod minor est & spinosa: Fructū fert myrto non dissimilebā, rubentem, fragilem, nucleos intus habentem; folium mali cydonij sed angustius, viridius teneriusque: Et præter vim astringendi, varios in Medicinā usus habere creditur.

Marcella

- 1  
L. Chamædium  
G. Camemille ou Camemille  
A. Chamomill  
Ge. Camillen.



2



- L. Oxyacantha  
G. Epine Viretto  
A. Barbeyes  
Ge. Verrich.



## SIRINGA CERVLEA.

**S**Yringa cærulea alijs Lillach Matheoli, frutex est multorum ramorum rectus, tenuis, nodulis suis distinctus, levi intus medullâ repletus: folia se invicem adversa ex singulis gemmis erumpunt ferè gemina, lata, viridia mucronata. marginibus crenatis: Flores exigui sunt & multi coloris cærulei diluti. Exigui in re medicâ nostrorum vsus, quod vires eius minus adhuc cognitæ, lateant.

## ANDROSAEMVM.

**A**ndrosæmon quasi dicas *ἀνδρὸς αἷμα* id est viri sanguis, quod attritū semē eius sive flores, humorem, humanum sanguinem referentem, emittant; Germani Kunrath appellant. E rutarū genere esse & Hyperico annumerari volunt: folijs tamen multò majoribus: provenit in locis incultis & asperis; floretque in Julio & Augusto mensibus calefaciens & desiccans; semen vim expurgatoriam habet; officinis tamen minus est notum.



Cana

Erpato São João

3



L. *Syringa coralea*  
 G. *Syring. blea*  
 A. *Blea ppe*

4



L. *Androsæmun*  
 G. *Andr. sans*  
 A. *Andr. or parke leaus*

V.

## SILIGO.

**S**iliginem frumentaceam, sive secundum tritici genus Columbellæ, nostrum esse vulgare roggem plerique existimant, nascitur vero stipite culmoque triticeo recto sed graciliore & proceriore geniculis ut plurimum quatuor, spicâ innocentioribus aristis horrente: Excale facit magis quam triticum, & minus refrigerat quam hordeum. Tota ferè Germania hodie & maxime borealior pars hoc frumento nutritur.

VI.

## MALICA HORTENSIS.

**M**Alua Hortensis grandescit sæpe in arborem, & baculi usum prabet; estque folijs amplis, rarioribus, in ambitu segmentis divisis; caudex simplex luxuriosæ proceritatis attollitur, a medio fere ad verticem pulcherrimis floribus decoratus, brevi admodum pediculo dependentibus, qui venustate rosas non cedunt, & si suppeteret odor, de principatu merito certarent.

121  
Triticum Cardial



L.  
G.  
A.  
G.  
Silys  
Seigle  
Rye  
Roggen.

Malva



6  
L. Malva hortensis  
G. Rose d'auver mer  
A. Hüll hoke  
Ge. Winterrofen

## CAPRIFOLIUM.



Ericlymenos Græcis a convoluendo dicta; Latinis, Volucrum maius; vulgò Caprifolium, & Liliū inter spinas, Germanis *Waldgilgin* oder *Geysblatt* dicitur; frutex est juxta Dioscoridem simplex in aruis & sepibus nascens, vicinis se adminiculis convoluens folia habens per intervalla, subcandida, hederacea: inter folia surculi exeunt, in quibus bacca hederæ similes: flos fabæ, candidis longiusculis foliolis cavis rotundus, & quasi in folium procumbens. Vis eius est calida & sicca vehementer, cujus stillatitius liquor oculorum inflammationibus & jecoris æstui medetur.

## RUBUS IDÆVS.

**R**ubus Idæus sive *βάρβαρος ἰδαῖος* Germanis Hindelbern dicitur; Idæus verò ab Idâ monte, ubi nascitur copiosius: Rubo est longè tenerior & minoribus spinis horrens. In siluis frequens invenitur Vehemens huic refrigerandi facultas inest; commodior verò & gratior ob odorem quem refert violaceum est liquor stillatitius qui inde deducitur.

7

L. *Corymbosum*  
G. *Cheuresucille*  
A. *Honigsuckles*  
Ge. *Geiszbart.*



8

L. *Rubus Idaeus*  
G. *Framboise*  
A. *Raspis*  
Ge. *Brombeer.*



I. X.

## CORYLVS.



Orylus Germanis Haselnuss, fructus hujus Græcis dicuntur *Κάρυα ποντική* quod e Ponto venerint; Latinis nuces Avellinæ sive Avellinæ ab Abellâ oppido antiquo Campania, item Prænestinæ ac Heracleoticæ, a locis circa quæ olim frequentiùs crescerent. Hæc nostra silvestris est, quæ sponte vbique nascitur, minoresque fructus profert quàm sativa, qui contra scorpionum venena valere perhibentur.

X.

## FLOS ARMERIVS.

**H**ic altera Dodonæi Armeriorum species exhibetur, folia circum caules geniculatos ferens latiora, majora & crebriora nec non candidiora, quàm prima, Constantinopolitani floris folijs haut multùm dissimilia. Flores in umbellâ vnâ plures simul congesti pulcri, rubentes, exiguis candidulis punctis ornati; In petrosis collibus & asperis sabulosisque locis apud Germanos & alibi nascitur: a Belgis a: m hortis scribitur, vbi secundo anno cum alijs Cariophylleis æstate floret.

9

L. *Corylus villosa*  
G. *Nougelles*  
A. *Häselnütz* Gr. *Häselnütz*



10



L. *Armeria rubra*  
G. *Großes rotes*  
A. *Sweete Williams*  
G. *Steenheil*



## MALVA SILVESTRIS.



Alua silvestris a sativâ nonihil differt & pulchritudine & magnitudine: locis nascitur incultis; folio fere rotundo, pingui, paucis in ambitù serrato segmentibus, intercepto; floribus propemodum purpurascens; radice candidâ. Est esui ac alueo subducendo cum lactucâ conveniens, vnde Martialis.

*Vtere Lactucis, & mollibus utere Maluis.*

## OLEA.

Olea Minervæ tribuitur, quod semper vireat; & pacis est symbolum, viuax quoque est, & diutissimè durat, adeo vt Theophrasto teste, ad 200<sup>m</sup>. perveniat annum: Veteribus vt probata, sic & nostris vsibus frequens, nec a Medicorum Pharmacia aliena: Vnde quoque: Martialis ejus fructus olim in delitijs fuisse videtur hoc disticho innuere:

*Hac quæ Picenis venit subducta trapetis  
Inchoat, atque eadem claudit Oliva dapes.*



11



L. *Malus sylvestris*  
 G. *Malus sibirica*  
 A. *Mallowe*  
 Ge. *Wilde pappel*

L. *Olea Latrus*  
 G. *Olive*  
 A. *Olyues*  
 Ge. *Oliven*

12



## PIMPINELLA.



Lura referuntur Pimpinellæ genera : Sanguisorba verò Italica Pimpinella creditur, a miris in sistendo sanguine viribus sic dicta, quæ tamen ab hac nostrâ nonnihil diversa, quam Ionicerus Daucum Creticum Dioscoridis eē putat, & Ruellius a Germanis Pimpinellæ nomine vocari tradit. Semen ejus calesfaciendi vim habere scribitur; Meminit quoque ejus Bapt : Fiera ineleganti suâ cænâ, hoc disticho.

*Vesicæ lapides si Pimpinella remollit,  
Ignita est, iecori sana, lienq; tibi.*

XIII.

## ANTIRRHINVM.

**A**ntirrhinum, Belgæ orant vocant, cui caules sunt rotundi, glabri, fragiles & ramosi; folia multa, vt plurimum oblonga & acuminata, Linariæ similia, sed majora: Flores secundum caules superiori parte ordine digesti, formâ oblongi, anteriori parte latiores; qui aperti hiantis leonis rictum referunt, vnde Columella,

*Nascisq; comas est hiantis seua leonis*

*Ora feri.*

colore roseo rubentes, aut candidi, vel ex candido purpurascens, non raro etiam sublutei; quos deinde capitulum sequitur, oblongum, anteriore parte angustius & foraminosum, narium vituli similitudine; in quo semen paruum & sub ingricans. Vires contra veneficos habere tradit Dioscorides.

13

L. Sanguifera  
 G. Pimpernelle  
 A. Ruget  
 Gc. Pimpernell.



14

L. Ancurbinon  
 G. Tofes de veacc  
 A. A flap dragon  
 Gc. Kalls huff.



## IRIS.



Ris dicta ab cœlestis arcus similitudine, quem flores ejus referunt, Germanis autem *Veilv-virtz* appellatur, non quod violæ sit radix, sed quod ejus radix violæ odorem imitatur; Estque multiplicis in medicinâ vsus. In hortis passim est obvia, nec alibi apud nos reperitur.

## OXYACANTHÆ SPECIES.

**I**S frutex qui nobis Haechdoorn, Lonicero Cynobatus Theophrasti  $\bar{e}$  creditur & Latinè rubum caninum dici posse existimat. Certè descriptio Dioscoridis non valdè ab hoc nostro differt: Frutex (inquit) est arboris instar, rubo longe major, folia fert multo latiora Myrto, firmis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo Olivæ simili, qui per maturitatem flavescit ac rubescit, & flocculos intus continet.

16

15  
L. Iris  
G. Flambe ou Glareul  
A. Flower de lucen  
Ge. Blaw Gilgen.

L. Ceyacanthus  
G. Arhespine  
A. Haupt horn  
Ge. Weisser Hagdorn.



## LYCHNIS SILVESTRIS PLENO FLORE.



Hæc Lychnis silvestris ex Verbasci specibus cœ videtur quam sic Lomcerus describit: In silvis & mōtibus crescens, folijs mollibus & canis, e cujus medio flos erūpit, Cyano per omnia similis, sed major & plenior, caule palmū vix alto. Omnibus ferè pectoris vitijs mederi creditur, & tussientibus prodesse.

## MESPIIVS.

Mespilus Aronia (vt putant) Dioscoridis, arbor est mali vulgaris altitudine inferior, ramis in gyrum comosis asperisque; folio promisso, tenui, & longo pediculo; flore subherbaceo, Amigdalæ formâ; fructu, dum pubescit, viridi & duro, vbi maturerit fulvo ac molli, circa verticem cristato vel potius coronato, quatuor imò quinque intus nucleis lapideis, vnde divulgari apud Germanos versiculus.

*Kein Ionckfrou vward ne so reyn,  
Aß sie drei nespelen, gib sie von ihr funfftzen stein.*

Est tamen & propriè Mespilus quæ tricoccos a tribus granis quæ malo ejus insunt dicta, hæc Germanis minùs cognita.

17  
L. *Lycinus sylvestris* multiplex  
G. Gelece ou Gelece à Dieu  
A. Double campan  
Ge. Frauc en rousleim.



18  
L. *Nespilus*  
G. Nesples  
A. Medler  
Ge. Nespelen.



## S V P E R B A.



Aryophylleus minor, Superba etiam Officinis dicitur, & Belgis *pluymkens*, a flosculorum folijs fimbriatis & plumarum similitudine dissectis. Hi flosculi apud nos hortorum sunt deliciae, in Germaniâ etiam sponte in pratis & montibus nascuntur. Vfus horum in medicinis olim nullus, sed in coronis frequentissimus fuit: Nunc autem calculo atterendo ac educendo, comitiali etiâ morbo laborantibus succum vtilem credi, scriptum Fuchsius reliquit.

## M A L V S C I T R I A.

**M**alus citria vel Assyria ab odore commendatur Amat loca calida, quæ causa quod in Germaniâ rara fit; folium fert Lauri, perpetuâ frondens comâ, intercurfantibus in ramulis spinis, fructu perenni: Arbor omnibus horis est pomifera, alijs cadentibus, alijs maturescentibus, alijs vero subnascentibus pomis. Huius poetarum apud nos princeps sic meminit in Georgicis:

*Ipsa ingens arbos, faciemq; simillima Lauro,  
Et si non alium latè iactaret odorem,  
Laurus erat; folia haud ullis labentia ventis;  
Flos apprima tenax: animas et olentia Medi  
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.*



19

L. *Caryophylls nainius*  
 G. *Gross les petites*  
 A. *single Red*  
*pink*  
 Ge. *Heinrichsblumen.*



20

L. *Limonis mala*  
 G. *Limonis*  
 A. *Limonis*  
 Ge. *Limonis.*



## PRUNVS SILVESTRIS.



Antùm abest vt hïc expressus frutex conveniat prunis suo in genere op-  
tùmis, & a primo nativitatis loco, Damascenis dictis, quod silvestribus  
oïo annumerari debeat, nostri Belgæ *stee prumen* vocant: Hujus fructus  
astringendi vim habet, vt ex viribus ejus & gustu satis est manifestum.  
Temperamento est frigidus.

## LEUCOIVM.

**L**eucojon a foliorum non florum colore sic dictum, vt olim veteribus non incog-  
nitum, & a Theophrasto quoque descriptum, ita & hodie in nostris hortis frequens  
est, vocantq: Belgæ *stockviolieren*, multiplici, tam magnitudinis, quàm colorum in flo-  
ribus, differentiâ. Habet suos etiam in Medicinâ vsus, febricitantibus n. & maximè pue-  
ris ac infantibus subvenire creditur.

21  
 L. Prunus Damascena  
 G. Prunus de Damas  
 A. Dausens  
 Ge. Pfäumen von Damas.

22  
 L. Leucium  
 G. Thiers blanc  
 A. Stock gillflower  
 Ge. Weiss Thalen.



## MVSCIPVLA.

**M**Vscipula sine viscaria hæc, Clusij videtur esse Lychnis silvestris altera, flore muscoso; quæ Germanis *Lymcrust* dici possit, ob viscosum quo abundat succum, qui non solum tangentium digitis adheret, sed & muscas prætervolantes ad se trahit, & veluti reti quodam involuit, vnde & Belgæ ei nomen vliegnet, vt Latinum exprimerent, dederunt. Habet caules geniculatos; folia lata & venosa, e singulis fere geniculis bina; flores in summo multos & odoratos, colore pulcro roseo rubentes, vel dilute purpurascens. Et quamvis nullas ejus in re medicâ vires agnoscat Dodonæus, sunt tamen qui adversus pestem valere arbitrantur.

XXIIII.

## ACVLEIFOLIUM.

**A**quifolium vel potius Aculeifolium Agriam eē Theophrasti credidit Tragus, & Lauri silvestris speciem; quod aliquando arborefcit, & in majorem excrescit crassitiem: ramos habet nihilominus teneros & flexibiles, ex duro tamen ligno nigrescente & ponderoso, quod lapidis instar in aquas conjectum mergitur, cortice verò regitur æquali: Folia etiam sunt & æqualia & nitida, futurè virescentia, a Lauri folijs non multum distantia, sed minora, & acutis in ambitu spinis armata, quæ cum arboris ætate minuuntur. Fløsculos producit candidos & odoriferos, fructus rotundis instar pisarum, & rubentes, quorum nucleus est subalbidus & ingrati saporis, qui colicis prodesse creditur.

27



L.  
G.  
A.

24

L. *Ilex folium*  
 G. *Holz*  
 A. *Hölle*  
 Ger. *Stiche*.



12

## CINIRA SATIVA.



Æccardui species mensarum ferè nostrarum delitium est, folia habens Chamæleonis & Acanthę albæ, sed nigriora & crassiora, subpallida, aculeata, ac incisa; caulem oblongum, pollicis crassitudine; capitulum oblongū spinosum, corticosis vnguibus turgens, spicisquę squammarum coagmentatum, in formam pini fructus; florem in purpureo rutilantem, vnde

Columella:

*Nunc piceâ vertice pungit.*

Græci Ciniram vocant a Cinirâ puellâ, quam vis & Athenęus aliam ejus appellationis causam afferat. Bapt. Fiera hujus quoq: mem.

*Hispidâ ponatur Cinira quæ dulcis laccha  
Potanti veniat.*

## LYCHNIS SATIVA.

**L**ychnis coronaria sive fativa, folia gerit, (vt hic exprimitur) oblonga, pollicis latitudine aut paulo latiora, mollia, lanosa, cana, caules cubitales, rotundos, genicularos, canos quoque & lanuginosos, in plures breves alas divisos; in quarum summo singuli flores e calycibus suis, aspectu pulchri sed inodori, colore subpurpureo aut dilutè rubenti fulgentes, ex foliolis vt plurimum quinis constantes, Lychnidi vim inesse contra scorpionum venneum Dioscorides testatur.

25



L. *Cynara sativa*  
 G. *Artichaux*  
 A. *Artichoke*  
 Ge. *Strabaldorn* und  
*Artichocken.*

26

L. *Lycbis sativa*  
 G. *Veilletz priwez*  
 A. *Rosa Campion*  
 Ge. *Zane frauen röslein.*



13

## PRIMVLA VERIS MINOR.



Rimula Veris minor Betonica (vt quibusdam placit) species esse videtur, ob similitudinem foliorum. Hæc cum ex primis anni floribus prodeat, nomen suum invenit, quamvis & officinis herba Paralysis dicatur, quod nervorum doloribus prestantissimum remedium prabet. Floris color est ferè melleus, sed & aliorum colorum flores in hortis curiosorum man-  
gonio inveniuntur.

## PYRVS.

**V**lgaris arbor Pyrus, quæ nihilominus gratissimos orbi fructus profert, infinitâ differentiâ varios, nec ea dissimilitudo formâ tantùm, sed pyra & bonitate constat: Stomacho grati sunt & desiccant, plus tamen astringunt silvestria, quamvis minus gra-  
ti saporis, ideòque in fluxibus valentiora domesticis creduntur.



27 L. *Primula veris*  
G. *Prime vere* ou *Blâtes de Cocu*  
A. *Primrose*  
Ge. *Schlus sel Blumen*.

L. *Pyrus*  
G. *De paires*  
A. *Pears*  
Ge. *Biren*.

28



## ERICA.



Rica frutex apud nos frequens Myricæ similis, sed longè minor; flores Autumno in candido purpureos profert, quorum odorem serpentes ferre nequeunt, Dioscorides quoq: tam comam quàm flores Ericæ Serpentum ictibus mederi tradit: Apes verò plurimùm Ericæ floribus delectantur indeq: optimum mel conficere comperiuntur, ita vt probare non possim Dioscoridis sententiam, qui apes reprobum mel ex hisce floribus colligere scriptum reliquit.

## LINARIA PURPUREA.

Lonicero hæc herba linariæ est species, virgas habens tenues lentasq: in quibus foliola sunt oblonga ceu lini, nigra initio, deinde colore mutato subrubefcentia; nascitur in locis aridis & juniperos ferentibus, flore lini subcæruleo & purpurascente, vnde & quidam *Heydens Vlas* vocant. Variæ huic vires a Medicis tribuuntur, oculorumq: imprimis inflammationes ac rubores succo suo sanare perhibent.

29



L. Erica Caliculata  
G. Bruyere  
A. Chalie hearth  
Ge. Heide.



L. Linaria purpurea  
G. Lin Sauge bleu  
A. purpol Toas flax  
Ge. Harkkraut.

30



15

## SABINA.



Abina Græcis *Spadus* dicta, folijs est Cupressi vel potius Myricæ, sed spinis horridior; graviter olens, acris ac feruens, coactæ brevitatis arbor, & in latitudinem magis se effundens, comâ virens perpetuâ; florem fert, vt inquit Lonicerus, puniceum absque fructu: Dodonæus verò baccas Iuniperi baccis similes tribuit. In hortis sicut buxus plantatur, vulgîque opinione infamis habetur, quod mulierum pudori non sine scelere subvenire credatur.

## PAPAVER, FLORE PLENO.

**P**apaver notissimum inquietudinis remedium, & multâ florum varietate conspicuum; vnde & hortorum apud curiosulos decus audit: nec tantum colores in floribus mutare, sed & multitudine foliorum luxuriare solet, ejus præterea dotes non ineleganter Bapt: Fiera in suâ canâ expressit hoc carmine:

*Lurida Niliacis nigra exsiccata sub hortis,  
Pessima, Lethæum quæ genuere opium:  
Candida sint profugos latura Papavera somnos,  
Ni modo sint oculis noxia turgidulis:  
Lenimen querulæ tussis, sistentiæ fluxus  
Quosque, sed in calidis commodiora focis  
Trita calescenti super inducenda podagra,  
Prosunt insipida ni gula parcet aquæ.*

71 L. Sabina  
G. Saune  
A. Sauni  
Ge. Seuchbaum.



72 L. Papaver multiplex  
G. Pânot doble  
A. Double poppie  
Ge. Maglamen.



## SE D V M M A I V S.



<sup>ἄζωον μέγα</sup> Dioscoridis, Latinis sedum majus & Semperviū Græco etymo dictum, hoc nominis a re ipsa imposito, perpetuo n. virescit, nec vlla frigoris iniuriā offenditur. Ab Apulcio vitalis & Semperflorum dicitur. Caules habet cubitales vel majores, pollicis crassitudine pingues, virentes: folia pinguia carnosā, longitudine pollicis, in cacumine lingue similia, in circuitu tenuiter crenata. Flores circa cacumina plures ex tenuioribus ramulis prodeunt lutei coloris stelie formam imitantes. Nascitur in montanis locis, in tectis quoque domorum seritur, vnde & Germanicum nomen invenit: refrigerat autem & restringit plurimum.

XXXIII.

## VERBASCUM.

**V**erbascum Græcis φλόμος vel vt alij φλόγιον, quod caulibus ejus pro Ellychnijs vtatur quā ratione candelariam hodie vocant. Officinis Tapsus dicitur barbatus: folia habet hirsuta & lata; flores habet flavescentes quinque foliolis constantes. Est a. verbascum multā varietate insigne, album n. & nigrum a foliorū colore nominatur, illud quoque sexu distinguitur. Præcipua ejus in Medicina vis, ab hujus facultatis professoribus expressa.

33

L. *Sedum maius*  
G. *Joubarbe*  
A. *Heyslocke*  
Ge. *Häuswurtz.*



34

L. *Verbascum*  
G. *Bouillon*  
A. *Mullein*  
Ge. *Wulkrant.*



## VICIA.



Vicia à vinciendo M. Varroni dicta; vel quod capreoles vt vitis habeat, quibus sursum serpit, aut quicquid attigerit apprehēdit. Nascitur locis maximè ficcis, cubitali altitudine, folijs Aphaces, sed amplioribus, flore pisi; minutis nigricantibusque in siliquâ granis. De satione & cultu eius plura Columella & M. Cato in libris de re rusticâ. calefacit mediocriter, exsiccat verò in secundo ordine. Serpentum etiam ac canum moribus medetur.

XXXVI.

## MILLEFOLIUM.

Millefolium à foliorū multitudine, Græcis verò *Στρασιώτης* dicta quasi militaris, quod milites in castris ad vulnera potissimū sunt hâc vsi, frutex est exiguus, palmi altitudine, folijs avicularum pennas imitantibus, brevi admodum dissectoque foliorum exortu, silvestri cumino similibus, præsertim breuitate & scabritie, umbellâ densiore & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modum anethi; flores paruos candidos vel etiam purpureos. Nascitur in solo macriusculo & circa semitas maximè, totâ florens æstate.



35

L. Vicia  
G. Vesper  
A. Kaves  
Ge. Wicken  
It. Veccia salmatica.



36

L. Mille folium  
G. mille feuille  
A. Yaccoo  
Ge. Häfengarb.



XXXVII.

## CERASVS.



Erafi fructus vbique obuius, præter aspectum quo oculos adficit, grato admodum sapore palatum recreat; propter sanitatem & bonitatem suâ laude minimè privandus, quem non neglexit in eleganti suâ cænâ Fiera, his versibus illum celebrans:

*Iam dedit è Ponto nobis tria poma Lucullus, &c.*

*His aluus fluida arcetur, famis improbus ardor*

*Crescit adempta fitis, quam gula docta coquit.*

XXXVIII.

## PSEUDO-NARCISSVS.

**P**seudo-Narcissi non vna species, aut cognomenti causa est, verum Narcissum imitatur, adeo vt in certamen cum ipso præcipuo flore, diligenti cultorum industriâ sæpissime descendat. Horum supra benigne lector, in priore libro descriptiones & differentias habes, ad quem te mitto, ne acta agere vel dicta dicere in hoc verborum compendio cogar.

37



L. *Cerasia*  
 G. *Cheris*  
 A. *Cheris*  
 Ge. *Kierchen.*

38



L. *pseudo-Narcissus*  
 G. *Narcissus*  
 A. *Daffodill*  
 Ge. *Nierungo blumen.*

## VIOLA MARIANA.



Viola Mariana ceu rapū silvestre Dioscoridis, folia primū habet oblonga, lata, subnigra, aspera, nonnihil hirsuta, vulgaris Buglossi folijs nigriora, minora, minusque aspera. Caules deinde secundo anno profert rotundos, rectos, ramosos, aliquantulum hirsutos. Flores in summis virgis exeunt oblongi, cavi, rotundi, per oras incisuris quinque sed non profundis divisi; coloris ut plurimum in cæruleo purpurei, subinde candicantes, in quibus stamina duo aut tria candida; qui priusquam dehiscunt quinquangulares sunt. post flores capitulum nascitur, superiore parte latius, quinque quoque angulos habēs, quinque loculis hirsutis deorsum pendentibus circumvestitum, in quo semen exiguum subruffi prope modum coloris. Radix esui est apta, & astringentis potentia.

XL.

## ELATINE.

Uidetur Helxines species, Elatine dicta, Germanis Kletten kraut; folia tamen habet minora & rotundiora, pilosa; tenuibus ramulis foliosis caulis ornatur, gustu astringentibus; flores eius sunt stellari formā, mellei coloris. Viridis herba tusa, fronti que imposita, æstum & inflammationem, item fluxus oculorum sistit. Cum vino rubro cocta, intestinorum ex dysenteria affectionibus medetur.

L. *Viola mariana*  
G. *Mariettes*  
A. *Coventry bells*

39



L. 40  
G. 41



## HYACINTHVS ORIENTALIS.



Vanta Hyacinthorum sit varietas, & quantum flos ille vt olim in fabulis poetarum celebratus, ita & nunc hortorum ac florum cultoribus in delitijs habitus, nemini, vt credo ignotum est; quare ad superiora cupidum lectorem remitto, & ad cætera properando vltioris desiderij spem adgredior.

XLII.

## IUNIPERVS.

**S**Ola fere arborum Iuniperus foetus suos in biennium prorogat, qui ne maturescunt quidem novis supervenientibus; simile tamen de Grano (ita vocant piperis rotundi speciem, quæ plurima in Africa littoribus nascitur) nostri mercatores referunt; quod is fructus secundo demum anno perficiatur. Bacca eius Arceuthides Dioscoridi dicta, stomacho vtilis sunt, contra pectoris vitia, tussim, inflammationes, tormina, serpentum ictus, & vt nostri putant pestilentis aeris infectiones efficacissime sumuntur. Fiera non prætermisit sed hoc carmine virtutes eius expressit.

*Gratia Iuniperi baccis sitientibus ingens,*

*Pulmonem stomachumq; igne tepente iuvant. &c.*

*Iuniperus flammis vsta, venena fugat.*

41



L. *Hyacinthus Orientalis*  
 G. *Zacinte d'orient*  
 A. *Wey Jacynth*  
 Ge. *Merizen thumen.*

42



L. *Juniperus*  
 G. *genere*  
 A. *Juniper*  
 Ge. *Wachholder.*

## LYCHNIS SILVESTRIS.



Ychnis silvestris geniculatis caulibus, folijsque mollibus coronariæ satis similis, minus tamen cana; Folijs item angustioribus, & caulibus tenerioribus, pluresque alas facientibus; floribus etiam minoribus, colore candidis aut rubentibus; calycibus tamen majoribus. Iuxta pratorum aruorumque margines, & alibi suâ sponte exit; transfertur etiam in hortos, in quibus quandoque florum foliolia multiplicat; plurima æstatis parte, & in Autumnum vsque floret. Scorpionibus venenum est, adeo vt teste Dioscoride hæc herbâ ipsis appositâ, ad lædendum redduntur inefficacis.

XLIII.

## LILIVM RVBRVM.

Lilium rubrum puto illud quod purpureum vel ferruginei coloris a Dodonæo describitur; & Hyacinthi species aliquibus videtur, eoque fere nomine a poetis celebratur, sic n. Ovidius, Metamorph. lib: x:

*Eccæ cruor qui fusus humo signaverat herbas,  
Desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro  
Flos oritur, formamque capit quam Lilia, si non  
Purpureus color his, argenteus esset in illis. &c.*



43



*L. Lychnis siluestris*  
*G. Veillets sauvage*  
*A. Wild campion*  
*Ge. Wilde fröhen rhyden.*

*L. Lilium rubrum* 44  
*G. Lis rouges*  
*A. Red lillie*  
*Ge. Rode lillen.*



XLV.

## RIBESIVM.



Ribesium fructu rubro, officinis Ribes, frutex est omnibus fere cognitus, & in hortis frequens, hujus fructus quòd circa solstitium æstivum sit maturus vulgò Germanorum *S. Iohans beßen* vocatur; spinis caret, & ramulis fruticat multis, lentisque: cortice puniceo; folijs vitis, sed minoribus; florē profert mense Majo vel etiā Aprili, subluteum, stellatum; acinos rotundos, virides primùm, cum verò maturuerint rubentes, saporis acidi, sed non ingrati. Fructus & folia refrigerant & exsiccant in secundo gradu, & vis ijs inest astringentia.

XLVI.

## ACANTHIUM ALBUM.

Acanthium album folio est albi Chamæleonis, angustiore tamen, & candidiore; subdenso, subaspero & aculeato; caule binos cubitus excedente, pollicari aut majore crassitudine, subalbo, intus cauo; capite in cacumine aculeato, Echini Marini similitudine, minore tamen, floribus purpureis. Nascitur in montibus & locis silvestribus, ac etiam in hortis plantatur; dentibus adfectis medicinam præbens.

45

L. Ribes  
G. Groselles  
A. red Currans  
Ge. S. Johans beerin  
oder treablin.



46

L. Acanthium album  
G. Chardeu argentin  
A. white cotton thistle  
Ge. Weisse weyßkohl.



XLVII.

## PRUNVS DAMASCENA.



Nter omnia prunorum genera prestant Damascena, de quibus Theocritus  
Eidil. viii. interprete Hesso:

*In terram depreſſi pondere rami*

*Prunorum, Syria qua mittunt rura Damasci.*

Hæc Germani *quetschen* vocant, nigra magnaque & oblonga: culinis are-  
facta maximè commendantur, habentque non paruum in Medicinâ vsum, vnde Mar-  
tial:

*Pruna peregrina carie rugosa senectæ.*

*Sume, solent duri solvere ventris onus.*

XLVIII.

## FLOS CARYOPHYLLEVS.

Caryophyllei flores, ab aspectu & odore plurimùm laudantur, etiam magnitudi-  
ne: Horum colores & mixturæ ferè infiniti sunt, ita vt nihil ad nouitatem & cum  
eâ varietatem inducendam humana industria relinquat intentatum, quæ quotidie no-  
vos florum partus, & prioribus in visos producere non cessat.

47

L. Prunus mirabilans  
G. Prunier  
A. Plumes  
Ge. Pfirsichen.



48

L. Caryophyllo  
G. Gross Tees  
A. Jagged pincks  
Ge. Negeln oder  
Grasblumen.



## ANAGALLIS AQUATICA.



<sup>top</sup> Græcis hæc herba  $\alpha\sigma\acute{\iota}\tau\eta\pi$ , id est, concutiendo, quòd excutiendi vim habeat, siquidem calculos a renibus pellere, vrinam & menses ducere traditur. Latinis & lauer a lauando fortè, quod aquis adnatum semper eis elui gaudeat. Anagallis etiam aquatica, quòd flore Anagallidi fœminæ sit similis. Frutex est pusillus, pinguis, rectus, folijs latis & odoratis; Gaudet riuulis, mense florens Iunio.

L.

## HORDEVM.

**H**Ordeo nihil notius, optimum esse candidū purumque Dioscorides tradit, illudque minus quàm triticum alere. Plurimus ejus in decoctione vsus; atque ex hoc frumento cereuisia nostra ferè constat, vt & antiquorum ptyfana Plinio summopere probata. Panem verò ex hordeo antiquis vsitatum, delicatior inde vita damnavit, & fervorum ac quadrapedum tradidit resectibus.

49

L. Anagallis aquatica  
G. Saurou aquatique  
A. Wasser purpernell  
Ge. Wasser purgen.



L. Hordeum  
G. Orge  
A. Barlye  
Ge. Gerste.

50



## VIOLA MARTIA.



Viola flos natus est ex eâ vnde nomen habet, apud Græcos  $\nu\iota\omicron\lambda\omicron$  appellatur. Etenim Iupiter Ion puellam amavit, & ex amore coiuit, & vt Iunonem res lateret, vnde cognosci potuit, naturæ transmutationem fecit. Deprehensus n. Iupiter, & factum cælare cupiens, hominem in buculam transmutavit. Terra verò in honorem dilectæ Iovis florem protulit, qui iuvenculæ pabulum esset, & sanè flos ex ipsâ nomen tulit, & ejus fortunâ coloribus suis adumbravit. Martia hæc nostra dicitur, quod Martio mense prodeat, tota purpurea, & rarò vltra illum perduret.

## MALA AVRANTIA.

**M**ala Nerantia sunt ex generibus fructuum Medicæ arboris: Eadem n. fere est arboris horum pomorum cum Medicâ seu citria forma, fructus verò nonnihil differunt, qui totus est orbiculatus, absque omni callo, immaturus viridis, maturus aureo totus colore fulget. Atque hunc per aurea Hesperidum mala poëtæ intellexisse videntur; vide plura in Vortumno Becani, & singulari de hoc malo tractatu N. Monardi Bapt: Fiera sic expressit in cæna.

*Proxima sunt, Itali dixerunt Nerantia, primis,  
Vincunt pelle parum, frigidus humor inest.  
Verticibus miro sunt hæc gratissima odore,  
Dulcè sapit melius pectoribusq; favet  
Sint folia arboribus servata virentibus ipsis.  
Cætera sunt mensæ commodiora tue.*



51

L. *Viola martia*  
G. *Violace de Mars*  
A. *march Violettes*  
Ge. *Mérez Violon.*



52

L. *Mala arantia*  
G. *Oranges*  
A. *Oranges*  
Ge. *Pomerantzee.*



## M E L O.



Tertium Cucumerum sativorum genus est, quod vulgò hodie Melonem vocant, Germanice *Melans*; Pepone est rotundior, mali cotonei effigie, mitior item ac suavior: in reliquis cum eo convenit. Ex hoc genere Melopepones vocant eos, qui non pendent, sed humi rotundantur, & sessiles procumbunt: vocabulo ex malo & pepone facto Inflammationibus prodesse creditur; & nucleus ad stranguriam, renum, vesicæque mala est remedio. Veneris stimulos minuit; Quin & semina cum ejus succo cocta & farinâ mixta, formata in pastillos, & in sole exsiccata, ad faciei maculas extergendas; cum vino prosunt. Adde quæ Florentinus lib. VII. de Agriculturâ, cap: xx. scripta reliquit.

## D I G I T A L I S.

Digitalis a formâ florum appellatur, huic longa, lata & per ambitum crenata sunt folia, quæ hîc non satis aptè, expressa, Verbassi quodammodo similia, minora tamè, minusque lanuginosa; caulis rectus rotundus, a medio sursum versus, compluribus floribus gravidus, ab vno caulis latere supra invicem dispositis, deorsum dependentibus, formâ oblongis, intus cauis dactyliotheticis propemodum similibus, colore ex rubore purpureis punctis quibusdam candidis intercurstantibus. Dodonæus in Medicamentis nullius tē vsus scribit, florem que solâ pulcritudine suâ placere.

53  
L. Melo  
G. Melon  
A. Melon melon  
Ge. Melon








54

L. *Digitalis*  
 G. Gantz noltre dancz  
 A. Fove gloze  
 Ge. Fingerhut.



55

L. *Adonis*  
 G. Helmst  
 A. Heubehurtz, Jen  
 hus lein, und Wärrenkuppen.  
 Jr. Adonello.

## N A P E L L V S.



Apellus Aconiti species caulem habet erectum, tres pedes altum; circumdatum folijs variè scissis, saturè virescentem, ab ejus medio sursum versus flores apparent carulei, qui cùm galeri vel cuculli aut galeæ formam referunt, apud Germanos *Eisenhutlm*, & *Munchskaffen* appellantur. Oculos quidem hi suâ formâ recreant; cæterum Lethale in se venenum hæc herba continet, quod miserabili multorum exitu comprobatum est.

## P I S V M S A T I V V M.

Pisum a loco, vrbe videlicet pisâ, vbi maximus ejus fuit provētus, id nominis eē adeptum quidam tradunt. Notissimum hodie omnibus legumen, loca amat aprica & tepida. Sunt diversa ejus genera, magnitudine colore nonnihil etiam formâ differentia, sunt fativa quæ magis probantur sunt & silvestria; Mediocritatem in refrigerando & exsiccando obtinent, aliasque in re medicâ vires habere creduntur.

56

L. *Pisum sativum*  
G. *Pis domestiques*  
A. *Garden peas*  
Ge. *Grosse Erbsen*  
It. *Pisò maggiore*.

57

L. *Cyanus*  
G. *Bluet*  
A. *blew beth*  
Ge. *Korndummen*.



L VII.

CYANVS.



Yanos a cæruleo floris colore nomen habet, Baptifeculam vocant Itali, quod fecantibus & metentibus officiat, feculam n. veteres falcem dixerunt; meliùs Blaptifecula a βλαπτερον, id est nocendo ex opinione Ioniceri dicitur; Blaveolam Galli vocant a colore. In agris & frumentis passim nascitur formâ omnibus vt obviâ ita & cognitâ. Sed & in Hortos a florum cultoribus translatus, multiplicare in floribus, folia, & variare colores didicit.

L VIII.

FICVS.

**F**icus Σοικὴ Græcis nota est arbor, non admodum procera, quanquam amplissima etiam quædam inveniuntur, pyri arboris æmulantes magnitudinem. Candice brevi, medullâ carnosâ, leui cortice, folio perquâ magno umbrosoque, profundè admodum Lacinato, sine flore; pomo quod supra folij pediculum nascitur, turbinati molli, intus granoso, succo cum maturefcit lacteo, postea melleo. Loca amat calidiora & aprica, frigus auersatur, vnde rariores apud nos fructus profert, qui tamen magna copia ex Hispanijs, Gallijs, alijsque locis adferuntur.



58 L. Ficus  
G. Ficus  
A. Figges  
Ge. Fige.



59 L. Aquilegia  
G. Acolias  
A. Columbine  
Ge. Ackeloy.



## AQUILEGIA.



Quilegia Herba est nemini non cognita, Hieron : Tragus Centaurium majus Dioscoridis existinat, siquidem Centaurij majoris & Aquilegiae descriptio exiguum quid differant, flore nimirum, qui in Centaurio est lanuginosus, & Croci similitudine; sed alij & Dioscoride non descriptam malunt credere. Flores ejus sunt purpurei & aliorum colorū, nunc pleniore, nunc rariores, pro studio cultorum. Radix vino cocta & pota; rupta omnia, & intra corpus convulsa, sanat. Hydropicis prodest; & sanguinem expuentibus est salutaris.

## FRAXINVS.

Fraxinus Græcis *μαix* arbor est non incognita, procera, caudice tereti, cortice leui, spiffo, tenui, rubro ramis vtrimque pinnatis, folijs lauri, per ambitum leniter ferratis, non sine quodam marginis vel cacuminis aculeato callo, porracei coloris, baccis velut femini minuto, folijs ipsis incluso, commendatur hæc ad hastarum vsus; cujus nomine & hasta Achillis apud Homerum celebratur. Serpentibus arbor est infestissima, adeo vt si frondibus Fraxini & igne serpens circumdetur, citius in ignem quàm ad hujus frondes confugiat, vt plinius lib. xvi. refert.

60

L. Fraxinus  
G. Fesne  
A. Aßk  
Ge. Aeschornbaum.



L. Rosa  
G. Rosas  
A. a Rose  
G. Rosen.

61



LXI.

## ROSA RVBRA.

**D**E Rosâ, vt sanguineum colorem ex cruore veneris imbiberit vulgata est fabula: alij tamen de Nectare effuso; hæc tradunt: cùm in cælo. Dij convivarentur, & nectar multum adstaret, Amorem choream duxisse, ac saltasse, & cum alâ crateris pulcrum concussisse, eumque evertisse; atque sic Nectar in terram effusum Rosæ, florem rubicundum reddidisse. Medicam quoque vim Rosis inesse scribunt; Nam & vnguentum inde non malum conficiunt, & dolentibus oculis sunt auxiliares.

LXII.

## LYCOPSIS.

**B**Vglossæ vel Anchusæ hæc species esse creditur à Græcis <sup>λυκώψις</sup> dicta, quamvis alij Lycopsisim veram, cynoglossum esse velint. Hanc Dioscorides folijs lactuæ longioribus, asperioribus, crassioribusque ad radicis caput recidentibus describit: caule item longo recto scabro, flore purpureo, radice rubrâ, quæ cum oleo allita vulneribus medetur.

62

L. Lycopsis  
G. Buxelise Künnege  
A. Wild Buxelose  
Ge. Wilde Gienzaag.



63

L. Ruffens  
G. Bryß  
A. Butchers Broome  
Ge. Meußlorn.



## R V S C V S.



Vscus, Dioscoridi *μυρβίνη ἀγρία* id est silvestris myrtus. Locis gaudet opacis, nec alibi temerè nascitur; folijs myrti latius tamen & in formam lanceæ mucronatis. Baccæ per maturitatem rubescunt rotundæ, a medio folio dependentes, ossea intus nucleo: radicem habet graminis, gustu astringentem, acerbum & subamarum. Folia & baccæ in vino potæ Vrinam cient, menses pellunt, vesicæ calculos frangunt, stillicidio vrinæ medentur, dolores capitis sanant. Caulicali recentes Asparagorum vice, in cibo sumuntur: Venetisque hæc herba ad scoparios vsus frequens est, & propter asperitatem, ad fugandos Verspertiliones, ad carnes suspenditur.

## P A P A V E R R H O E A S.

**M**<sup>*ῥόκωρ ποικίλη*</sup> Latinis Papaver fluidum seu erraticum, a flore sic dictum, qui ei protinus decidit. Folium habet Dioscoride teste Eruçæ; junceus ei caulis rectus cubitalis, asper: Flos silvestris Anemones, cætera satis notum. Folia cum calijcibus illita, in inflammationes sanant. Eorundem fetu & perfusione somnus allicitur.

64  
 L. Papaver Rhoeas  
 G. Pavoce sinages  
 A. Wild poppis  
 Ge. Wilder mazaran  
 oder Klapper rysin.



65

L. Faba sativa  
 G. Fenus  
 A. Garden beans  
 Ge. Bohnen.



## FABA DOMESTICA:



Abæ fativæ forma notior est, quàm vt descriptionem longiorem requirat; Græcam *φύαμος* vocant Pythagorico dicto nobilitatam. Gaudet sèlo pinguis-  
simo & bene stercoreato. Simeon Sethus parum videtur Fabarum esum pro-  
bare, quòd inflant & totum corpus distendunt, sensusq̃ue Hebetare dicun-  
tur. Decoctum nihilominus Fabarum pectis lenit, sed cum aceto sumptum  
ventrem sistit: item calculos in vesicâ & renibus ne gignantur, prohibent aliosq̃ue in-  
super in medicina vsus obtinent.

## DELPHINICVM.

**H**anc herbam pleriq̃: eruditi Consolidam vocant regalem, & Valerius Cordus cal-  
catrippam, quod ad calcaris veterum similitudinem tendit. Nascitur in segetibus,  
caule simplici cyanus; sicut ramulis multis, tenuibus; folijs longiusculis, lacinatis; flore  
violæ ferè purpureæ nisi quod ex alterâ parte in acutum desinens, inde nomen invenerit.  
Liquor ejus stellatibus oculorum inflammationibus ac hebetudine medetur; quin &  
semen calculo laborantibus prodest.



*Esperas*

66  
L. Delphinicum  
G. Pied d'Alouette  
A. Larkes Neele  
G. Ritter sporen.

67  
L. Nonon Celsi  
G. Meure  
A. Mulberye  
Ge. Naulberbaum.



LXVII.

MORVS.

**M**orus quasi <sup>μ&ρ</sup> quibusdam dicitur quod nigra sit: alij a mora a. tarditate deriuant, quod arborum postrema floreat: Vnde & prudentiæ symbolum gerit. Naturam ejus sic expressit Plinius. Novissima inquit, vrbanaŕū germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum: sed cum cœpit, in tantum vniversa germinatio erumpit, vt vna nocte peragat etiam tum strepitu. Multiplicis est in Medicare vsus; æstuant iecori prodest, alium laxat, contra Aconitum remedio est. Aduſtionibus medetur, dentium dolores mitigat; Viridibus quoque Mori folijs Bombyces victitant, & inde materiam hauriunt; principum olim vestimentis tantum, nunc etiam infimorum hominum luxui feruientem.

LXVIII.

SESELI SECVNDVM DOD:

**S**eseli secundum Æthiopicum & herbaceum Dodonæi a communi seseli distat, & nostris incognitum esse credidit Ionicerus; Idem cum Theophrasti libanotide putant: caulem habet tres quandoque pedes altum, sed herbaceum, qui non ante hyemē perit; folia sunt ampla, & ad margines crenata in modum sij vel Hippofelini; ornatur in vertice coronato floribus parvis, candidisque semen Angelicæ odorem habet: Vires verò edem ei cum Seseli Masciliensi tribuuntur.

68



*Libanotis L.*  
*A. Herb francumense*

69



*L. Tanacetum*  
*G. Tanette*  
*A. Tanfie*  
*Ge. Reinfarn.*

LXIX.

## TANACETVM.



Anacetum hoc nostrum, tertium esse Artemisiæ genus Dioscoridis putant; quod sic describit libro 3. cap. 108. Sunt qui in mediterraneis vnicaulis nomine appellant, tenuem herbulam, simplici caule & minuto, floribus scatentem tenuibus, flavo colore: iucundiore cæteris odore, Belgæ quoque *Vormcruyt* appellant, quòd Lumbricos expellat.

LXX.

## NVX AVELLANA MAIOR.

**N**Vx Avellina major sativa a Germanis etiam *Rotnuß*, & Belgis nostris *Cuelfche Haselnoten* dicitur; hæc fructum fert oblongiorem silvestri, & totum ceu barbato putamine tectum & vestitum, cujus nucleus ruffâ membranâ cingitur; ejus esus parum probatur. Suspensus Avellanas nuces Scorpionem ex eo loco arcere Plutarchus refert; unde & Scorpionum moribus easdem mederi aiunt.



79

L. *Rosa anellata*  
 G. *Rosettes*  
 A. *Edelros mitts*  
 Ge. *Rose Nijf.*

71

L. *Rosa*  
 G. *Roser*  
 A. *Rose*  
 Ge. *Rosen.*

## ROSA ALABANDICA.



Tiam si raritatis commendatione plerique hodie flores superbiant; Rosam tamen florum fere omnium notissimam suo haecenus gradu depellere nulli potuêra prestat vero in ijs quæ Prænestina vel Alabandica olim, nunc Provincialis vulgò dicitur, siue suavissimum eius odorem siue gratissimum etiam aspectum expendas. Hanc diviniolæ naturâ participare sibi persuasum habuit Didymus, quòd (vt ait) vnguentum non malum componat & dolentibus oculis sit auxiliaris.

## AMYDALA:

Floret prima omnium Amygdala mense Ianuario, Martis verò pomû muturat teste Plinio; vnde Alciatus Emblema suum 208 desumfit, & ad præcocia detorsit ingenia:

*Cur properans folijs præmittis amygdale flores?*

*Odi pupillos præcoci ingenij,*

Nucem Græcam vocat Cato, tam arborem, quàm fructum: Masius alij nuces appellari volunt. Duplicis est differentie: alia n. dulces fert Amygdalas, alia amaras. Temperamentum eis est calidum; magis tamen amaris. Diocles eas tradit alere, & ventrem bene habere; recentes tamen aridis minus esse noxias: vnde & ad bellaria ex ijs placentq; quas panes Martios pharmacopoles vocant, conficiuntur. Vulpes autem Amygdalarum esu mori tradit antiquitas: quod & in fele, Vergilius Marcellus observatû esse, annotavit.

72

L. *Amygdalum*  
G. *Amandes*  
A. *Almondes*  
Ge. *Amandelbaum.*



73

L. *Paralyfis*  
G. *Prima Vera, milka e Jice de*  
A. *Cassia* (Coca-  
Ge. *Schiffel thonen.*



37

LXXIII.

## PARALYSIS MINOR.



Æc herba ab illâ, quæ supra posita est, vix quicquam differe videtur in formâ, nisi quod flores, minores exhibeat. Verbasculum per omni nutronem vocat Ionicerus, & eorum decoctum aduersus rupta, luxata, & liuentia valere, tradit.

LXXIIII.

## RANUNCULVS.

Septem in vniversum Ranunculorum species numerat Ionicerus. Hæc verò vulgaris est, vbique obviâ; folia habens coriandro similia, sed latiora, & ad Maluæ similitudinem ascendentiâ; florem luteum butyri ferè colorem exprimentem, vnde & Belgæ nostri *Botterbloemen* vocant. Folia & caules scabien tollunt at stigmata delent. Radix sicca & trista, sterilitamenta, naribus admota, ciet; dentium quoque dolores lenit, cum tamen calidi sint vehementer omnes Ranunculi ac sicci, cavendū est, ne intra corpus sumantur.



74



L. Ranunculus  
 G. Bassinet  
 A. Cranesbill  
 Ge. Blütenfuss.

75



L. Acer majus  
 G. Sycomorus  
 A. Sycome  
 Ge. Hagedorn.

## A C E R.



Rbor est Acer Tiliae non absimilis formâ & magnitudine, verum cortice scabriore quàm illa vestitur, subliuidoq; crasso, & flecti contumate nascitur a. potissimum in locis riguis floremque fert in Maio mense, Exiguus Aceris in medicinâ vsu seft. Radix contusa jecioris doloribus vtilissimè imponitur. Serenus laterum malis mederi testatur his virsibus.

*Si latus immeritum morbo tentatur acuto,  
Accensum tinges lapidem stridentibus vndis:  
Hinc bibis, aut Aceris radicem tundis, & unâ  
Cum vino capis hoc praesens medicamen habetur.*

LXXVI.

## N V X I V G L A N S.

**I**Vglans quasi Iouis glans dicitur; Græcis κάσσιος βασιλικός hoc est nux regia, etiam persica a regione vnde primùm est aduecta. Gravis est foliorum ejus halitus, & cubantibus sub eo arbore molestus. Fructū magnitudine differt & frigidis gaudet locis non tamē aquosis. Lignum vtensilibus lautis & mensis dicatur. Habet & suam in medicinâ vim, nec tamen minus nocere solet; vnde Fiera sic cecinit:

*Mille nuces poteras dixisse, sed unica iuglans.  
Nux dicta est, lingua iam nocitura tua.  
Siccior arest, stomachum & caput improba vexat,  
Mirum, si nocua sit bene iuncta via.*

76

L. *Nux juglans*  
G. Nuss  
A. Walnuss  
Ge. Große Nuß,  
oder Baumnuß.



77

L. *Volubilis minor*  
G. Biseron  
A. Bindweede  
Ge. Kleine Wind.



39

## VOLVBILIS MINOR.



Olubilis minor, Dioscoridis Helxine Cissampelos esse videtur, diversa tamen ab Helxine, quam parietariam vocant: folijs describitur ab eodem Hederæ, sed minoribus; flores autem fert punicei ferè coloris candidis interdum stellis distinctos. Oculis rubentibus & calculo medetur.

LXXVIII.

P I N V S.

**D**E pinu hoc modo fabulati sunt veteres: Pinus puella prius erat, & mutationem naturæ duplicis assumpsit. Amabat n. puellam Pan, amabat eandem etiam Boreas. Quùm autem vterque puellam alliceret, ipsa Panis amore magis afficiebatur, & ob hanc rem Boreas æmulatione motus puellam in petras impulit, ac neci tradidit. Terra porrò miserta cladem, plantam puellæ cognominem reddidit ac produxit. At permutatâ vita erga eosdem priores affectus seruat, & Pana quidem germine suo coronat. Flet a. & lamentatur arbor, vbi Boream afflantem percipit. Hujus arboris nux lignosa, in turbinate effigiem compacta cujus commoda hoc descripsit tetraſtico. Fiera:

*Ebullit nimiumq; sitit, pulmonibus imis.*

*Debita, vex coquitur Pineæ, sed bene alit:*

*Intestina fovet, nervis regidoq; lapillo*

*Subvenit, & Veneri grata, fugit Cybelen.*



78  
 L. Pinus cum conis  
 G. Pin  
 A. Pine apples  
 Ge. Nitzbau  
 Je. Pin.



79  
 L. Borrago  
 G. Borraches  
 A. Borage  
 Ge. Orenlung

## BVGLOSSVM SEV BORAGO.



Vglossum describente Dioscoride, herba est verbasco similis, folio in terram depresso, aspero, nigriore, & bubuli linguæ simili: flore cæruleo, stellæ effigie. Locis nascitur planis & sabulosis & in hortis passim. Mense capitur Iulio. Melancholicis ac languentibus in cibo cum Spinachiâ Buglossum est saluberrimum, flore in potum etiam injecto. Hujus sic meminit Bapt: Fiera:

*Si tibi Buglossa est succi & Borrage tepentis,  
Lætus eris, siccum nec tibi pectus erit.*

## AQVILEGIA FLORE PLENO.

**H**Æc Aquilegia multiplici tantum foliorum in floribus conjunctione a simplici ac vulgari differt, nec multà descriptione indiget cum vbique sit obvea & nemini ignota. Calida est mediocriter ac modicè digerit. Stillatitia florum aqua, est præcipuum contra syncopen confortatinum. Dodonæus tamen tradit ejus vires incompertas, eosque temere agere qui Centaurij vires huic tribuunt.

MALVS PVMILA

80

L. *Aquilegia duplex*  
G. *Achelien double*  
A. *Double columbine*  
Ge. *Doppel Ackeley*

L. *Pomicon*  
G. *Pomo*  
A. *Apples*  
Ge. *Apffel*

81



## MALVS PVMILA.



Alus Humilis & naná, poma fert vt cætera omnia minora Commoda atque  
incommoda malorum in genere sic exprimit in abundantia sua cœna Fiera :

*Plurima sunt, minimique madentia mala caloris,  
Dulcia, sed stomacho commodiora meo.  
Corda iurant flammis agitata, at noxia ventri  
Turgebunt, nervis & nocuisse volent.  
His caveas, mala sunt, dirasq; mouentia febres.  
Forma placet nitidi corticis, esca nocet.*

LXXXII.

## MALVS PVNICA.

**M**alus Punica póα Græcis, arbor est haud ita procera, folio angusto intidique viro-  
ris, flore puniceo, oblongo, calathe effigie; pomo, quod corio & membranâ regi-  
tur, numerosis intus acinorum granis fareto; vnde & Granatum est appellatum. Diffe-  
rentia hujus ex sapore triplex Quædam n. hujus generis poma sunt dulcia, quædam vi-  
nosa, quædam prorsus acida, de quibus sic Bapt: Fiera :

*Dulcia sunt madidi roris, sicci acria poma  
Punica, pulmone hæc sunt mala at illa bona.  
Cuncta nocent stomacho, feruentes acria flammæ  
Extingunt, cunctis mensa secunda datur.  
Sæpe remorbescit dulci si vescitur ager.  
Vtraq; cum distent, meiere cur faciunt?*



82



L. *Mālum Granatum.*  
 G. *Pomes de granade*  
 A. *Pome granates*  
 Ge. *Granat apffel.*

83



L. *Graven marinum*  
 G. *Kirke de Mer*  
 A. *Tdriff*  
 Ge. *Miergran.*

LXXXIII.

## GRAMEN MARINVM.



Ramen hoc Clusius Amerium tenui folium montanum vocat, flores habet in summo caulis plures, conjunctos in orbem, & purpurascens vel cæruleos. Lonicerus videtur appellare gramen aquaticum quod Germanis *Entengraß* dicitur, ex eo quòd anates maximè silvestres Hyemali tempore hoc victitent. Nascitur in aquis stagnantibus graminis formâ. Decoctum radicis in potu tumoribus & urinæ difficultatibus meditur.

LXXXIIII.

## GLADIOLVS PALVSTRIVS.

**G**Ladiolus palustris folia habet oblonga, tenua; caulem tres pedes Altum, æqualem, & sine internodijs, in cujus vertice plures flosculi apparent, colore subpurpureo, vel vt pictura indicat rubescente, quorum in centro, noduli, ex crocei vel miniata, in quibus semen latet perexiguum. Contra venenosos morsus valere medicamenta hinc confecta, tradit Dioscorides.

161  
84 L. *Gladiolus palustris*  
G. *Ionc de riviere*  
A. *Water gladioll*  
Ge. *Wasser biosen.*



85 L. *Florinā Sylvestre*  
G. *Oruale Souage*  
A. *Wild Clarie*  
Ge. *Wilde Scharley.*



## HORMINVM SILVESTRE.



Orminum ὄρμινον Græcis dictum placet Ruellio, quòd Venerem stimulet, Semen n. ejus bibitur ad Venerem stimulamdam; Officinis Gallitricum est. Folia habet Saluix formâ rugosa asperitate prædita; caulem sesquipedalem leniter hirsutum, in quadrangulum striatum; flores è cæruleo in purpureum vergentes, ad Aquilini rostri effigiem falcatos; In pratis sponte nascitur. Floret & semine in Julio est prægnans. Aculeos corpori infixos per se ex aquâ illitum, extrahit. Folia ex aceto imposita, panos per se vel cū melle discutunt. Dodonæus tamen avestre hoc nullius esse facultatis putat.

LXXXVI.

## MALVS ASSYRIA.

Malum Assyrium Itali hodie pomum Adami vocant, quia vulgò creditur semili-pomo deceptum in paradiso Adamum protoplastum, divina mandata supergressum, dicuntque insuper morsus in eo extare etianum reliquias, ita scilicet eius pomifstias interpretantes. Alij nihilominus pomum Arabis Musam dictum, vetitum illum esse arbitrati sunt; quod & *Thevetus* ex Iudæorum relatione credidit. Est autem quarta species citrij pomi vel medici Dodonæi.

86

L. Malum Assyriacum  
G. Pomme d'Assirie  
A. Assyrian apple  
Ge. Kaysirischer Apffel



87

L. Calendula  
G. Sausz  
A. Marigold  
Ge. Ringelblumen.



LXXXVII.

CALENDULA.



Altha officinis Calendula dicta, quòd singulis calendis mensium florere conspiciatur; Belgæ *Goutbloemen* ab auri æmulo floris colore dicunt. Locis cultis, ac hodie nusquam non in hortis provenit, estque perinde omnibus nota. Huius sic meminit Poëtarum princeps virg: in Georgicis.

*Mollia luteola pingit vacinia caltha.*

Pulvis florum cum Xylino dentium dolores sedat. Aridi flores & folia suffitu mensis mirò cient. Herba etiam condimētis & acetarijs miscetur.

LXXXVIII.

RUTA.

**R**Vta communis, cui, hîc expressa herba non malu convenit, omnibus notissima est. Verù Ruta muraria, cuius nomen notitia præfert Adianti species esse videtur. Huius natura & vis medicis quoque probata, eorumque in libris tam celebrata quam plenè descripta invenitur.

88



L. *Ruta muraria*  
 F. Rue de Hirville  
 A. Rue madagascare  
 Ge. Maier rauten.

89



L. *Saponaria*  
 G. Herbe à savon  
 A. Sage wort  
 Ge. Seifenkraut.

## SAPONARIA.



Anc herbam Saponariam dictam tradit Ionicerus, quod ad mollitiem candoremque lanarum vsi eâ sint veteres. Unde & lanaris nomen ei tributum, quodque eluendis vestium maculis, ex purgandisque sordibus saponis vicem præbeat. Herba etiam fullonis ob dictos effectus est appellata. Idem Ionicerus Struthion Dioscoridis putat. Dodonæus autem credidit Alismatis sive Damasonij quandam esse speciem, quem plura de hâc scribentem, vide in historiâ florum & Herbarum odoratarum.

XC.

## ROSA MOSCHETTA.

HÆc Rosa, quinta Rosarum hortensis species Dodonæi, ramis & virgis caninam silvestrem Rosam quodammodo refert; florem habens simplicem, quinque folia non excedentem, ex albido purpurascens, venis puniceis intercurrentibus & odore admodum fraganti gratissimum. Huius laudes inter tot veteris ac recentes scriptores non omisit Strabus in eleganti suo hortulo, sed his inter alios versibus expressit:

*tantum qui protinus omnes  
Herbarum vicisse comas, virtute & odore  
Dicitur, ut merito florum slos esse veratur.*



L. *Rosa moschata*  
 G. *Rose muscadeau*  
 A. *Muske rose*  
 Ge. *Muscus oder Do-*  
*seine Rose.*

90



L. *Cucumis*  
 G. *Concombre*  
 A. *Cucumbers*  
 Ge. *Cucumern.*

91



## CUCUMIS SATIUVS.



Vcumis Varroni a curuitate sic dictis quasi curuinie Græcis verò Σίκυς. Sarmenis autem Cucumis serpit prælongis, inque ramos vitis modo se diffundit, fulcimento cui innitatur, ob infirmitatem indiget: folium habet angulosum, florem luteum, fructum cartilagineū & maculosum, interdum, coloris vel Herbacei, vel citrini, vel nigri, plures eius sunt species, solâ formâ & quantitate differentes. Hunc nostrum Anguriam Aetij <sup>ce</sup> putant, frigida ac humida temperaturæ, quare & Simeoni Setho minus probata; plura nihilominus ejus commoda Dioscorides recenset.

## OTHONNA.

**E**st Othonna, Troglodytica quædam herba, in eo Arabia tractu nascens, qui ad Ægyptum spectat: folia habet (ait Dioscorides Eruca similia; foraminosa velutis atineis crosa, squallida, paucifolia: florem fert crocinum latifolium; quare quidam Anemones esse speciem putaverunt. At quamvis iste flos aspectu non sit ingratus, odore tamen est adeo gravi, adeoque inamæno, ut ne gustare quidem ipse Galenus ausus fuerit, sed lethalem esse conijceret: veteres verò eadem herbâ (quam idem Galenus Lycopersium esse arbitratur) vsi sunt ad vrgentes articulorum dolores. Convenire cum hac florem Aphricanum in peris que omnibus Dodonæus scriptum reliquit.

92  
L. Othoria  
G. Othenne  
A. French Marigold



95  
L. Cicer sativum  
G. Pis cices  
A. Ciche pease  
Ge. Kiebern.



## CICER SATIIVM:



Icer vnde nobile illud Ciceronis nomen. Græcis *Ἐπίβρυτος*, amat solum crassum, pullumque; ejusque in medicamentis quam in cibis potior est vsus. Dioscorides, Cicer, inquit, sativum aluo idoneum est, vrinam ciet, inflationem parit, colorem commendat, mensas ac partus expellit, lac angel. De Cicere sic in suâ cœnâ Baptista Fiera:

*Feruet & aiescit cicer omne, sed ignea vincunt  
Subnigra, pulmoni prima alimenta tuo,  
Hæc reduci forma, & vocum concentibus apta,  
Si data sint mensas inter utrasq; tibi.  
Cortice non posito, renes, iecur, atque lienem,  
Vescamq; fovent, & Venerem faciunt.*

XCIIII.

## VIOLA TRICOLOR.

**F**requentissima in Hortis nostris hæc Viola, ac perinde cognitissima, a floris maximè pulcritudine commendatur: Hic autem longiusculis. pediculis insidet, purpureæ Violæ formâ similis, vt & magnitudine; triplici colore splendet purpureo videlicet Luteo, candidoque vel cæruleo; adeò vt semper noua colorum varietate gaudeat, odorem tamen nullum aut perexiguum habet. In summis duobus flosculi foliolis, & subinde in inferiores, & quandoque etiam in mediorum extimâ parte purpureus color violæ nigrae relucet. Medijs vt plurimum ac nonnunquam inferiori candidus aut cæruleus insidet. Luteus non rarò inferius foliolum vel magnam ejus partem, semper autem flosculi medium intercurfantibus vnâ nigris aliquot radiolis, occupat prodest, vt recentiores aiunt, febricitantibus maximè pueris, quorum connulsionibus ac comitialis morbi accessionibus subuenire creditur.

94 L. *Viola tricolor* Dod.  
G. Pensées  
A. Hiertes eafe  
Ge. Freyſiam kraut.



L. *Malum carbonarium*  
G. Pomme Charbonnier  
A. Pome water

95



Ge. Apffel

## MALVM CARBONARIVM.



Alorum nomina, à formâ, ab inventoribus à Colore, à sapore, a locis sunt ferè infinita; eaq̃ue quotidie immutantur, ita vt nihil difficilius sit quàm nostra ad veterum nomina accommodare. Anglicum a. huius mali nomen indicat aquosum esse præ cæteris, & ex ijs quæ frigidum ac terreum habent succum; quibus, Setho teste, vti convenit, quoties ob distemperantiam calidam vel humidam, male affectus est ventriculus.

XCVI.

## TAMARIX.

**T**Amarix seu Myrica, frutex est hominis plerumque æquans altitudinem, ramulis puniceis, folijs Ericæ vel Sabinæ arboris lignosis, ex viridi pallentibus. Florem fert verno tempore villosum, qui in pappos tandem evanescit. Fructus est Galle similis. Lignum, folia, radix, & succus Tamaricis, in vino cocta & sumta, pulmonis, lienis, renum & vesicæ obstructions aperiunt; melancholiamq̃ue validè purgant. Eiusdem cinis narrantia hulcera siccant, adustionesq̃ue igni factas sanat.

26

L. Tamariscus  
G. Tamaris  
A. Tamariske  
Ge. Tamarisker.



27

L. Linaria  
G. Lin sauwege  
A. Lids fax  
Ge. Nämtranc.



XC VII.

LINARIA.



Inaria silvestris a lini folijs sic dicta, Osyridis species esse videtur, flavos fert flores, thaliëtro similes instar umblici aut cavini capitis acutos: in medio luteos qui in capitula mutantur, in quibus semen Gentianæ simule Proximam habet cum Esulâ minore similitudinem, differentiam nihilominus vulgatus hic ostendit versiculus.

*Esula cum lacte, sine lacte Linaria crescit.*

Aridi flores vestes a blattis ac tineis conservare credunt.

XC VIII.

BELLIS HORTENSIS.

**H**Æc quibusdam etiam primula veris dicta est, quod vere inchoante mox procedat: folia habet pingua, in terram jacentia, in rotundum oblonga & levissimè crenata; florem verò pluribus barbulis densissimè circumdatum, Colore rubicundo, odoris millius. Succus Bellidis vulneratis, polus prodest. Folia oleribus addita, facilem aluum faciunt, eadem Trita tumorem sedant.



98

*L. Bellis flori rubro*  
*G. Marguerites, ou Esquatte à fleur rouge*  
*A. red Double daisy*  
*Ge. rote. Maßlieb.*



99

*L. Quercus*  
*G. Chêne*  
*Ang. Acornes*  
*Ge. Eichenbaum.*



## QVERCVS.



Ercus notissima arbor, Iovi olim sacra, adeoque, vt persuasum sibi olim habuerit cæca Gentilitas eum inde oracula petentibus reddere, Corona quoque, ex quernis frondibus facta seruali civis præmium fuit: hinc Alciati Emblema confictum hoc versu explicatur:

*Grata Iovi est quercus, qui nos servatq; fovetq;  
Servanti civem, querna corona datur.*

Eius quippe commoda infinita sunt, quæ humano generi adfert, nec a medicinæ usu aliena.

C.

## GELSEMINVM.

**G**elseminum sive Jasminum hortorum ornatui plurimum servit: Cauliculos habet teneros, geniculatos, virides, quibus inest medulla spumea ceu spongiosa; ex singulis nodis vel geniculis oriuntur gemina folia, septem conjunctis foliolis æqualibus, saturè virentibus, & mucronatis, constantia: In vertice cauliculorum flores apparent oblongi, odoris gratissimi; Coloris verò subalbidi, nonnihil tamen calyces rubentis. Est & alia Jasmini species floribus cæruleis, quæ ex clematidum genere esse videtur.



100

L. Gelsemium  
G. Gelsen  
A.



101

L. Pyra  
G. Paves  
A. Pearre  
Ge. Birca.



## PYRA.



Yrorum vt malorum multa sunt genera, plurima inter se varietate distincta. Cum vero pyrum arborem supra descriperum, eaque sit insuper vulgatissima plura de ea dicere hic supersedeam, si addidero tantum Scolae Salernitinae hos versus.

*Cum cognis antidotum pyra sunt, sed cruda venenum,  
Cruda gravant stomachum, relevat pyra cocta gravatum.  
Post pyra da pottum, &c.*

## LILIVM.

**L**ily los bicet nemini hodie incognitus, omnibus nihilominus gratissimus existit. De Leo fabulantur poetae in hunc modum. Quum Iupiter Herculem ex Alcmena genuisset, essetque mortalis quippe qui matris conditionem sequeretur, immortalitatis participem facere cupiebat, & propterea ipsum adhuc infantem Iunonis dormientis vberibus admovit infans itaque lacte satur ob a papilla amovit, lac tamen nihilominus vbertim fluebat, etiam puero amoto, & quicquid eius in caelo diffusum est, lacteum circum effecit, quod vero in terram dilapsum est eiusque glebas tinxit, id ipsum florem Lily produxit, quod similitudine lactis colorem exprimit: quem inde Rosam Iunoniam posteri appellavere. Aqua stillatitia ad amissam vocem & syncopen plurimum commendatur.

102  
L. *Lilium album*  
G. *Lis blanche*  
A. *White lillie*  
Ge. *Weißer Lilien*

103  
L. *Fragaria*  
G. *Fraises*  
A. *Straw berries*  
Ge. *Erdbeer*



CIII.

## FRAGARIA.



Ragaria exilis est herba passim obvia, neque caules neque ramulos habens, sed solum folijs, floribus & fructu constans. Hujus tria faciunt genera: primum hæc nostra est fragaria, multis a radice lanuginosis pediculis, quorum alij flore candido corenantur, alij trigemino comantur folio, per ambitum crenato & venoso, alij fructum gerunt exiguis moris haud dissimilem cum maturuit rubentem cum gustu tum odore suavissimum. Succus foliorum vulnera ardentia sanare & glutinare traditur.

CIIII.

## PSEUDO-MELANTHIUM.

**P**seudo-Melanthium herba est inter segetes nascens folijs, alij modo acuminatis, sed brevioribus pilosisque; florem fert mense Junio ex vasculo hispido purpureum, parvæ & quinque foliæ rosæ similem, quo decidente capitulum ceu vasculum manet, longiusculum, angulosum, hirsutumque in quo semen nigrum. Folia cum semine Chirurgis sunt in usu. Videtur esse Hippocratis Melanthium ex tritico, ac Octavij Horatiani Sith, quibus fere in omnibus convenit.

104

L. *Pseudo melanthium*  
G. *Stelle de bois*  
A. *Cockle*  
Ge. *Raden.*



105

L. *Cerasus*  
G. *Cherise*  
A. *Cherry*  
Ge. *Kirschen.*



## CERASA.

**H**ic fructus multiplici varietate Colorum, magnitudinis ac etiam formæ notissimus, & supra cum sua quoque arbore descriptus; De hoc sic Simeon Sethus in Sytagmate de libariorum facultatibus: Cerasia, quæ & sic Græcis dicta frigida sunt & humida, maliq̄e succi, ventrem subducunt, stomacho parum idonea, humidum ventriculum lædunt, præsertim cum matura non sunt: sed calidis & siccis ventriculis & temperaturis profunt. Gummi a. arboris cum vino sumptum, calculosos sanat.

## MALVS PERSICA.

**P**ersica malus sic dicta, quòd ex persica primum sit allata: gaudet locis aquosis, folia fert Amydalæ, sed maiora: florèt primo statum vere cum Amygdalis; flore subpuni- ceo, pomum producit carno, succulentum, foris lanuginosum durâ intus & scabrâ nucce, in quâ nucleus quilas in Amygdalis. Persica mala in ardētibus febribus sumi possunt; sed frequens eorum vsus multum phlegmatis gignit, hōrum sic meminit Fiera.

*Rosa sumus pluuio mox putrescentia, ventri*

*Fida calescenti, si modò prima damur.*

*Mollia laxamus ventres, siccata tenemus;*

*Nos timuit Persis, sed tibi grata sumus.*

postremum hunc versum quoque hec sequenti disticho expressit Martial:

*Vilia maternis pueramus præcoqua ramis:*

*Nunc in adoptinis Persica cara sumus.*





106

*L. Mala Persica*  
*G. Peches*  
*A. Peches*  
*Ge. Pfirsing.*



107

*L. Lychnis Chalcedunae*  
*G. A. flower of Constantinople*

## FLOS CONSTANTINOPOLITANVS.



Elgæ nostri florem vocant Constantinopolitanum; Germani verò Hierosolymorum: Aldroandus Creticum. Herbarum ventem e radice caules sunt plures geniculati, cavi; folia nonnihil aspera & herfuta: flores in latis umbellis, multi simul congesti, aspectu pulchri, cæterum inodori, colore Lilij purpurei, sine maturi mali Aurantij corticis. In Iunio Iulio ac sequentibus mensibus, apparent. Quos habet in medicinâ vsus Dodonæus sibi incognitum esse tradit, quamvis non minimam in hortis ac coronis gratiam eius flores sint assecuti.

## NARDVS GERMANICA.

**S**Pseudo-Nardi species est, quam Lauendulam appellant, quòd in balneis & Lanacris expetatur ob odoris præstantiam. Odorata hæc & coronaria stirps est, sed humilis, ramulos ceu virgas proferens tenués; folia oblonga, carnosâ, vtraque parte albican- tia, & in summo spicas oblongas tenues, floribus refertas cæruleis: Habetque insuper radices lignosas in fibras diuisas. Dodonæus Casiam veterum, esse putat cuius Virgilius his verbis meminit in Georgicis:

*Hæc circum Casia virides, & olentia latè  
Serpilla, & graviter spirantis copia Thymbræ  
Floreat.*

Cæterum calefacit & siccatur ordine secundo, tenuiumque est partiû. Discutit & educit.


108

L. *Spica lavendula*  
G. *Lauendule*  
A. *Lauender*  
Ge. *Lauendelen.*



109

L. *Armeniaca malus*  
G. *Abricos*  
A. *Aperecocke*  
Ge. *S. Johans*  
*Pfersich.*



## MALVS ARMENIACA.



Malus Armeniaca persicæ species est. Ejus fructus teste Dioscoride minor est, atque stomacho utilior quam persicæ, totus quoq; flammis & precox. Baptista Fiera poma Armeniaca hoc disticho describit.

*Poma eadem que persica, si tamen amplum  
His corpus, nobis aurea forma datur.*

Latini, autem teste Lonicero, Trecacina hæc mala vocare solent, eaq; reliquis persicis prestare idem tradit.

## CARIOPHYLLEVS MAXIMVS.

**I**Nter coronarias herbas, familiam ducere creditur Caryophylleus flos; hic verò expressus inter alios ejus generis flores, insigni magnitudine, Colorum eleganti mixtura, & odoris gratissimi fragrantia præstat. In hortis hodie frequens est hæc herba; sed speciosissimi flores ferè in fictilibus vasis habentur, vt à frigoris injuriâ hybernis mensibus tutari, & ad caliodiora loca transferri possint.

110  
 L. Garryphyllo maximo  
 G. Gyroflées grand  
 A. Cornations double  
 Ge. Grosse doppel Neger  
 oder Gras Kamen.



111



L. Genista  
 G. Genest  
 A. Bromus  
 Ge. Quisceren oder  
 Pfrinnen.

## GENISTA:



Enistam dictam censent, vel quod genu instar ad nexus sit flexilis, vel quod genuum dolori medcatur, Germanis *Ginst*, videtur Dioscoridis Spartion vel eius species. Locis gaudet aridis & arenosis; ramos autem fert herbaceos, scabros, folia minuta, florem pisi, luteum tamen & apibus gratissimum. Differt a Genistâ minore hodie Genistellâ dictâ, quòd non sit aculeata, & minus exsiccet. Tenera Genistæ germina, vel flores tusos, serpentum moribus utiliter imponi ferunt.

## SALVIA:

**S**alvia  $\epsilon\lambda\alpha\iota\sigma\ \phi\alpha\kappa\theta$  ab  $\epsilon\lambda\alpha\iota\zeta\upsilon\mu\ \kappa\iota\ \sigma\phi\acute{\alpha}\kappa\theta$  seu  $\sigma\phi\acute{\alpha}\kappa\epsilon\lambda\theta$ , quòd syderationem significat, quia, vt Ruellius inquit, herba retorrída & exucca videtur, quasi in tabem sit versa. Salvia dicta quòd sit salutaris ejus vsus, vnde Schola salernitana.

*Cur moritur homo, cui salvia crescit in hortis? &c.*

Sativa hæc Salvia in hortis frequens & omnibus nota, frequentissimi in quotodiana vitâ & etiam medicinâ vsus, quòd & Baptista. Fiera. in suâ cœnâ non ignoravit, vbi sic cecinit:

*Vix sicca est calido, stomachum, & cerebella iuuabit,  
Certa salus tremulis Salvia poplitibus.  
Dentibus, urine reclusæ, menstrua ducens,  
Salvia & in fluidis ventribus apta satis.*

112

L. *Salvia*  
G. *Sauge*  
A. *Sage*  
Ge. *Salweg.*



113

L. *Castanea*  
G. *Chastaigne*  
A. *Chestnut*  
Ger. *Kesten*



57

CXIII.

## CASTANEA.



Astanea à Castano Magnesiæ oppido, vnde primùm advecta; Glans Sardiana à loco similiter & Iovis glans Lonicero teste dicitur, quamvis *Bekanus* in verumno, vnde sic dicta à nemine Græcorum aut latinorum traditum esse scribat. Arbor est nota, puram terram desiderans, fructumque ferens nucem castaneam dictum Ethynato tegmine tectum; quem sic describit *Piera*:

*Quæ tibi grata licet posito mollescat echinno  
Sicca est, & nimio Castanea igne calet.  
In caput & ventres inflata asperrima sævit,  
Ni spolia apportet mellis arundinei.*

CXIII.

P O M V M.

**A** Liquoties poma descripsimus mirâ varietate luxuriantia, & à nemine satis expressa; tu tibi lector cum sapore finge colorem, ac nomen ex ipsâ re tribue: ego hic tantum addam meliora per insitionem reddi Palladij versu.

*Insita proceris pergit concrefcere ramis,  
Et sociam mutat malus amica pyrur.  
Seq̃ feros silvis hortatur linquete mores,  
Et partu gaudet nobililiore frui, &c.*



114



L. Pomum  
 G. Pommes  
 A. Apple  
 Ge. Apfel.

L. Rosa canina odorata  
 G. Esglantine  
 A. Sappere Drier  
 Ge. Wilde wabruechende  
 hegh rosen.

115



## ROSA CANINA ODORATA.

**H**æc vulgaris notitiæ planta, spinosa admodum, tam fronde quàm flore odorem spiræ gratissimum. Virgus fert aculeis humatis munitas, folia asper nigricantias, incisuris tenuibus divisa. Flos ex calycibus erumpit dehiscentibus ex puniceo colore pallefcens, quinque foliorum, imâ verò parte unguis humani colorem referens, qui pandens sese, apices in medio sui fert flavos, ac stamina capillamentis, infidentia, quibus decidentibus fructus oblongus & subrubescens sequitur, interius lanuginosus.

CXVI.

## TRITICVM.

**F**rumentum hoc quod in suo genere principatum obtinet Græcis  $\pi\upsilon\rho\theta$ , Latinis verò triticum dicitur, quòd e spicis tritum sit, nimis communi vocabulo, & Varroni vix digno. Tria hujus numerantur genera: primum culino nascitur quàm hordeum altiore, tribus geniculis constante, folio arundineo, spicâ a folijs remotiore; Secundum in eo differt, quòd spicam multis aristis vallatam obtinet: Tertium priori per omnia simile, nisi quod genicula habet quaterna. Multiplex ejus in Medicâ re, & quotidianâ vitâ est vsus: Sed quando vtiliter feratur elegantissimis suis versibus indicat Maro Georg: lib. 1.

*At si triticeam in messem robustaq; farræ  
Exercebis humum, solisque instabis aristis.  
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,  
Gnosstiq; ardentis dicemat stella Corona,  
Debita quàm sulcis committas semina, quamq;  
Invitæ properes anni spem credere terræ,*

Tryo

116



L. Triticum  
 G. Ble, fourment  
 A. Wheate  
 Ge. Weitz.

117



var. multiplex  
 L. Caryophyllus duplex  
 G. Gyoefles doubles  
 A. Double gilloflower  
 Ge. Doppel rugein oder  
 grasblumen.

CXYII

CXVIII.

# FLOS CARYOPHYLLEVS MULTIPLEX.



Los hic pulcherrimus, multiplici foliorum texturâ & colore puniceo insignis, hortorum delitium, & coronarum decus audit; puellarum assiduò manibus carpitur; & nunc sponsarum festinis crinibus adaptatur, nunc infantum tristia funera exornat, diverso vitæ mortisque Honestamento.

CXVIII.

# CYDONIA MALVS.

**M**alus Cotonea Cydonia à Cydone Cretæ oppido dicta creditur. Cotoncam verò primus eam Cato vocavit, quòd nimirum malâ ejus tenerâ lanugine tegantur; vnde Virgilius optimè cecinit.

*Ipsè ego cana legam, tenera lanugine malu.*

Hæc Veneri olim gratissima fuisse leguntur: & Solon teste Plutarcho, jubebat sponso concubituram, prius edere malum Cydonium, quòd & eleganti emblemate expressit Alciatus:

*Novis tribui debere Cydonia nuptis  
Tur. antiquus constituisse Solon,  
Græca dri & stomacho cum sint, ut & halitus illis  
Sit suavis, blandis manet & ore lepos.*

*Geniva*

118



L. *Malum Coconum*  
G. *Pome de Coing*  
A. *Quince*  
Ge. *Kitten oder Quinder*

119



L. *Leucium*  
G. *Girafflee*  
A. *Wall flower*  
Ge. *Garten veiel*

## LEVCOIVM LVTEVM.

**L**Vteo Leucoio a floribus sic dicto, ramosi sunt caules folia oblonga in virore nigricantia, minora folijs Leucoij candidi: flores lutei perquam odorati; floret Aprili & Majo, etsi Hyems clemens fuerit etiam Martio. Totus frutex lignosus est, & Hyemis rigorem facile sustinet; in ruderibus & saxosis locis libentius nascitur, vnde nostri *Muerbloemen* vocant. Est autem Leucoij frutex vniversus, vt Galenus ait, extergentis facultatis, ac tenuium partium, plus tamen flores: Dioscorides etiam lutea Leucoia præcipui in medicinâ vsus esse scribit; Et Hippocrates ad secundas educendas ejus semen valere tradit.


CXX.

## VITIS.

**V**T vitis infinitâ vuarum differentiâ luxuriare solet, sic & vinorum inde expressorû, tot ferè sunt genera quot loca vbi nascuntur, ex quibus & nomina variare, & formas, didicere Plinius, vino, inquit, modico nervi juvantur, copiosiore læduntur; sic & oculi, stomachus recreatur, appetentia ciborum invitatur, tristitiæ cura hebetatur, vrina & algor expellitur, somnus conciliatur: contra si nimius adhibeatur vini vsus, belluina cornua capessimus &c. Atque ita ejus vel commoda, vel damna in modo consistere docemur. At hujus demum laudes & simul librum eleganti finiam Bapt: Fieræ carmine:

*Dulcis & apricis delecta in collibus vna,  
Terrens huic cortex, feruidus humor inest.  
Excipe de nigris quæ sit tibi gratior albam,  
Neue inslet, soles sit remorata duos.  
Bacche quid hoc maius potuisti munere? nutrit  
Hæc bene, visis, sed male sana nocet.*

















*Pycnonotus*

*Ptilinopus*

*Sturnus*


*Cypripetris*

*Pycnonotus*

*Pycnonotus*

*Rubicilla*

*Sturnus*

















*Carpenter's Workshop*



















120



L. Botrys, Vna  
G. Grappe de raisin  
A. A Grabe  
Ge. Wein traube.

120



FINIS CORONAT OPVS.

